regem tyrannum redarguit. Perseveravit per adjutorium divinum et causam egit universi populi, ne idolos adoraret et deos falsos coleret. Illam tamquam hereditatem reliquit populo suo, cum obdormiisset morte justorum; ipsam in hereditatem legavit filiis suis in testamento, quo unicuique suum ordinem assigna- 1800
bat. Honoravit illam in vita et in morte sua, pugnavitque pro ea; ideo ipsa exornavit, magnificavit, glorificavit eum inter justos. Fidem retinuit Judas Machabaeus, vir fortis, et honoravit divitias ejus sanctas tamquam thesauros pretiosissimos. Conservavit eam tamquam depositum et accepit eam tam- 1810
quam lucrum a patre suo glorioso, qui ei fidem in hereditatem dederat. Accinctus est ea tamquam lorica et sumpsit eam in manus tamquam scutum, pugnavitque pro ea usque ad mortem, ne lucri ejus exsors fieret. Illa milites coram eo confregit et exercitum tyrannorum humiliavit, humique dejecit millia et myriades per paucos illos, qui ei adhaerebant. Illa 1820
advocavit exercitus, ut eum adjuvarent, et equites luminosi circumdederunt eum, qui in tempore fidei castra ponebant et umbram praebebant super caput

ܟܪܘܙ ܗܝܡܢܘܬܗ ܫܪܝܪܬܐ. ܘܡܫܬܡܥ ܚܝܠܐ ܕܢܟܝܢܐ.

ܘܡܠܟܐ ܘܟܠܗܝܬܐ ܐܟܝܢ. ܟܪܬܒܐ ܕܟܠܢܫ ܗܘܐ ܠܗ. 1820

ܬܘܒ ܡܢܗ ܚܝ̈ܠܐ ܠܐܠܗܐ. ܘܦܪܨܘܦܐ ܕܐܒܘܗܝ ܚܙܘܗܝ.

ܘܒܪܝܬܐ ܕܡܬܚܕܬܐ. ܢܛܪܗ ܘܐܬܟܠ ܒܟܠ ܙܢܘܗ̇.

ܗܘ ܦܪܘܩܢܢ ܘܡܚܕܬܢܢ. ܚܕܘܬܐ ܘܐܣܝܘܬܗ ܕܟܝܢܐ.

ܢܦܫܬܢ ܕܐܬܢܥܝܬ ܐܦ ܫܘܝ. ܘܢܛܪܗ̇ ܐܝܟ ܢܘܗܪܐ.

ܒܗܘܢ ܢܦܩܘ̈ܗ ܕܦܘܪܫܢܐ. ܘܗܘܘ ܟܢܫܐ ܠܟܠܢܝܬܐ. 1830

ܓܒܪܐ ܢܨܝܚܐ ܟܠ ܐܟܝܢ. ܘܠܐ ܢܦܩܘ ܡܢ ܓܒܪܐ ܠܐܠܗܘܬܗ.

ܦܪܘܩܗ ܐܠܗܢ ܥܡ ܡܟܠܬܐ. ܘܢܗܘܐ ܡܟܘܪܝ ܒܫܬܝܐ.

ܘܐܢܫܐ ܒܛܢܝܐ ܢܛܝܪܐ. ܟܠܛܢܝܢܘܬܐ ܕܟܝܢܗ ܒܗ.

ܗܘܐ ܕܢܚܬܘܢ ܥܠ ܟܠܗ. ܘܗܘ ܡܢ ܒܗܘܢ ܠܢܘܗܪܐ.

ܒܐܘܪܚ ܡܟܠܬܐ ܘܐܬܓܘܪܘ. ܡܢ ܢܦܫܬܐ ܕܚܘܫܒܗ. 1840

ܗܟܝܠ ܡܫܝܚܐ ܐܢܬ. ܕܟܠܟܠ ܩܠܝܢ ܬܫܒܘܚܬܐ.

ܘܐܠܗܐ ܒܟܠܗ ܐܢܬ. ܕܢܗܘܐ ܘܐܢܬܘܢ ܡܫܒܚܢܐ.

ܡܢܗ ܬܘܒ ܠܟܠ ܠܒܢܝܢܫܐ. ܘܢܗܘܐ ܫܡܝܢܐ ܠܥܠܡܐ.

ܕܐܝܬܝ ܘܡܫܒܚܐ ܦܪܘܩܐ. ܠܐܝܩܪܗ ܕܡܫܒܚܘܬܐ.

ܗܘ ܐܬܟܢܫܘ ܘܐܬܦܪܩܘ. ܐܝܟ ܢܦܫܐ ܕܐܬܚܕܬ. 1850

ܘܒܬܘܩܢܗܘܢ ܐܫܬܘܝ. ܫܒܘܩܐ ܕܚܘ̈ܒܐ ܚܘܒܬܐ.

ܬܒܥܝ ܦܪܘܩܐ ܕܡܠܟܐ. ܘܐܢܫ ܐܝܟ ܕܠܐ ܐܬܪܐ.

ܘܩܢܝܢܐ ܐܦ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܦܪܘܩܬܐ ܡܢܗ ܐܢܬ.

ܗܘܐ ܒܟܠܗ ܕܥܘܕܪܢܐ. ܚܘܝܐ ܠܗ ܐܘ ܫܠܡܘܬܐ.

ܐܬܟܢܫ ܘܗܘܐ ܒܡܟܠܘܗܝ. ܟܠܗܝܢ ܕܡܫܝܚܘܬܐ. 1860

ܗܘܐ ܫܡܥܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܢܦܫܗ ܠܐܘܪܚܗ ܕܫܪܪܐ.

ܐܬܚܙܝ ܒܦܘܠܚܢܗܘܢ. ܘܒܡܟܠܟܠܢܘܬܗܘܢ ܫܬܩܘ.

ejus. Per illam glorificati et coronati sunt Judas et fratres ejus heroici, Simon Thasi et Joseph et Jonathan speciosissimus. Omnes hi honoraverunt illam in persecutione et non dereliquerunt eam in afflictione; 1830 in bello pro ea mortem subierunt nec unquam honorem ejus maculari permiserunt. Illius armis contra reges pugnaverunt et fortes devicerunt; tremorem injecerunt viris bellicosis virtutibus, quas per illam operabantur. Injecit timorem eorum super millia et contremuerunt legiones ob vocem eorum; reges perterriti obstupuerunt, cum amici verae fidei venationem contra eos exercerent. Coronis coronavit eos, quia 1840 gloriam illius coronaverant, et purpura induit eos, quia promissiones illius amaverant. Advocavit reges ad triumphos eorum, qui amicis fidei dexteram foederis dederunt iisque dona et munera obtulerunt. Per illam fortes atque validi facti sunt sicut catuli leonum, et bestiae paganae per rugitum eorum ad silentium 1850 redactae sunt. Illa confregit currus regios et gestavit amicos suos in vehiculis triumphalibus, nexuitque illis per victoriam coronas et monilia.

Haec nubes testium circumdat te, o discipule! Itaque esto fortis et ambula cum iis in comitatu fidei! 1860 Haec acies sanctorum veritati obviam ivit; confortare igitur per certamina eorum, ut coronis eorum coroneris! Aspice has legiones, quae pro fide pugnantes mortem passae sunt, ut et ipse sedulo pugnes pro victoria speciosae! Hic murus fortium circumcingit te, o debilis; noli ergo timere, sed eleva vocem tuam 1870 pro veritate et esto impavidus contra validos! Omnes

ܦܠܚܝܢ ܠܦܬܟܪ̈ܐ ܐܪܝ. ܘܚܢܢ ܥܒܕܐ ܠܗ̇ ܐܩܢܗ̇.
ܘܐܬܚܡܪ ܘܐܡܪܬ ܐܦ ܐܢܬ. ܣܠܩ ܐܦܬܘܗ̇ ܕܥܠܡܐ.
1870 ܗܢܐ ܚܙܐ ܕܬܡܝܗܐ. ܚܙܝܢ ܠܗ ܚܝܠܐ ܠܐ ܬܬܒܣܡ.
ܐܬܚܙܝ ܠܗ ܨܘܪܬܐ. ܘܠܐ ܬܪܥܝܬ ܡܢ ܕܡ̈ܝܬܐ.
ܡܠܟܝܢ ܡܠܟܘܬ ܢܘܚܐ. ܘܡܫܡܠܝܢ ܡܢ ܗܠܝܢ.
ܒܪ̈ܘܚܐ ܐܦܝܗܘܢ ܕܝܡܡܐ. ܘܡܠܟܘ ܒܡܠܟܘܬܐ.
ܒܠܗܘܢ ܫܡܥܘ ܐܘܟܪ̈ܐ. ܟܠ ܐܦ̈ܐ ܗܝܡܢܘܬܐ.
1880 ܠܐ ܬܬܚܙܐ ܡܢ ܢܫܝ̈ܚܘܬܗ. ܕܒܗܘܢ ܬܚܙܐ ܐܝܟ ܕܗܘܝܐ.
ܡܢܗܘܢ ܗܠܟܝ̈ܢܐ ܡܦܪܘܩܝܢ. ܠܡܠܟܐ ܕܕܡܥܬܐ.
ܘܫܡ̈ܝܐ ܕܟܠ ܡܫܠܡܝܢ. ܐܘܕܝܘ ܒܗ̇ ܒܗܝܡܢܘܬܐ.
ܒܟܠ ܐܦ̈ܝܢ ܐܫܘܕܝ ܒܗ̇. ܘܒܟܠ ܕܪ̈ܝܢ ܡܡܠܠܝܢ ܒܗ̇.
ܡܠ ܡܩܒ̈ܠܝܢ ܫܡܥܘ ܘܡܠܟܝܢܗ̇. ܘܟܠ ܬܫܒ̈ܚܢ ܒܠܫܢ̈ܘܗ̇.
1890 ܠܡܠܟܦ ܐܦ ܐܢܬ ܡܪܝ. ܥܡܪܐ ܐܘܪܚܐ ܕܚܝ̈ܠܐ.
ܕܒܡܠܟܘܬܗ̇ ܒܡܠܟܐ ܗܘ. ܡܠܟܘܬܐ ܕܟܠ ܢܨ̈ܚܐ.
ܠܐ ܬܪܚܩ ܐܘܪܚܐ ܕܫܠܡܐ. ܕܡܠܟܘܬܗ̇ ܕܝܢ ܡܠܟܐ ܗܘ.
ܡܬܪܐ ܕܫܡܝܢ ܬܡܠܡܐ. ܘܡܠܟܐ ܚܝܠܐ ܘܫܘܒܚܐ.
ܡܢܝ ܡܢܘ ܗܠܟ̈ܝܢܐ. ܘܫܡܥܘ ܬܫܡܥ ܡܠܝ̈ܐ.
1900 ܠܐ ܬܪܕܐ ܒܟܠ ܬܫܡܥ̈ܬܐ. ܘܫܡܥܘ ܬܫܡܥ ܕܥܘ̈ܪܐ.
ܠܐ ܢܦܩܘܢ ܐܡܪܐ. ܡܬܚܪܐ ܥܡܪܐ ܕܢܝ̈ܫܐ.
ܠܐ ܬܬܚܙܐ ܠܚܝ̈ܫܐ. ܡܬܘܡ ܢܘܪܐ ܕܡܫܘܚܬ̈ܐ.
ܡܚܝܢ ܗܘ ܬܪܥܐ ܕܚܝ̈ܐ. ܘܚܠܦܝ ܢܦܫܗ ܒܠܐ ܗܘܐ.
ܘܐܦ ܡܢܗܘܢ ܒܢܝ̈ܫܐ. ܕܚܝܐ ܠܗ ܠܡܪܘܬܗ.
1910 ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܐܠܗܐ ܐܠܗܘܬܗ. ܬܪܥܐ ܕܡܠܟܐ ܕܝܢ ܩ̈ܠܐ.
ܠܐ ܬܫܒܘܩ ܕܚܠܐ ܠܟ. ܐܝܟܐ ܕܚܫܘܟ ܡܩܒܠܐ.

hi sancti et adhuc alii plurimi divinati sunt mysteria
Crucifixi et ditati sunt per Trinitatem. Omnes tule-
runt passiones pro fide; noli igitur recusare tentationes
ejus, quibus purificeris sicut aurum! Omnes afflictio- 1880
nibus coronam justitiae sibi nexuerunt et per passio-
nes omnimodas fidem confessi sunt. In omnibus
certaminibus testati sunt eam et in omnibus litibus
abhaeserunt ei; omnes mortes et pugnas sustinuerunt
pro ea. Itaque animum tibi assume et ambula in hac
via angusta, quae in fine perducit ad gaudium in 1890
regno beatissimo! Noli amare viam latam, quae in
fine perducit ad gehennam, ad locum plenum crucia-
tuum, vermium, luti, tenebrarum! Coangustare et
ambula per afflictiones, ut per eas tandem delicias
invenias; sed noli ambulare in voluptatibus, ne per
eas in miserias inducaris! Noli seduci honoribus, ut 1900
pondus sanctorum abjicias, noli desiderio quietis
et gaudii moveri, ut bona promissa amittas! Angu-
sta est porta salutis, et qui sibi vim infert, ingreditur
per eam; angustia enim ejus illos repellit, qui quiete
dilatantur. Solam hominis mensuram capit porta, quae
ad justorum congregationem perducit; noli putare 1910
deliciis vestitum per eam intrare posse! Noli incrassari
quiete aut vestiri pondere divitiarum, ne retineat te
porta illa, quam justi per tribulationes intraverunt!
Quietus extra illam manebit, afflictis tantummodo per
eam ingredientibus; angusta igitur animam tuam
tribulationibus, ut porta illa tibi recludat et donet 1920
bona sua! Nam et infans, qui in hanc vitam venit,
per portam angustiarum pertransit, et si eas non sen-

ܠܐ ܬܬܟܠܐ ܥܬܝܪܐ. ܘܬܬܟܠ ܡܪܐ ܕܦܠܚܢܐ.

ܕܠܐ ܓܒܪܐ ܥܠܝ ܗܘ ܬܪܥܐ. ܕܒܗ ܥܠ ܟܠܢܐ ܒܘܟܠܢܐ.

ܢܦܫܐ ܠܥܒܕ ܡܢܗ ܦܘܫ. ܘܠܥܢܝܐ ܡܠܟܘܬ ܟܐܢܐ.

ܡܢܝ ܢܦܫܝ ܒܬܘܟܠܢܐ. ܡܛܠ ܕܡܬܬܥܝܩ ܡܢܗ ܠܒܝ. 1920

ܐܦ ܟܕ ܕܐܬܐ ܠܟܣܝܐ. ܥܡܘܪܐ ܕܐܘܟܠܢܐ ܒܥܒܕ.

ܘܠܐ ܚܐܦ ܒܐܘܟܠܢܐ. ܢܗܘܪܐ ܕܪܘܚܐ ܠܐ ܚܙܐ.

ܟܠ ܠܟܝܢܝ ܟܠܗ ܣܓܝܐ. ܘܡܢܗ ܘܐܥܒܕܗ ܡܠܟܘܬܗ.

ܡܢ ܢܦܫ ܣܓܝܐܐ. ܬܠܬܐ ܢܦܠܘܢ ܡܢ ܫܡܝܐ.

ܣܓܝܐܐ ܗܘ ܟܕ ܠܐ ܡܢܝܢ. ܥܡܘܪܐ ܠܟܝܢܐ ܕܡܟܢܫ ܠܗ. 1930

ܘܡܢ ܣܓܝܐ ܠܣܓܝܐ ܐܙܠ. ܘܗܘܐ ܗܘ ܡܫܬܘܐ ܘܡܬܐܠܨ ܠܗ.

ܠܐܢܫ ܢܦܫܐ ܒܐܘܟܠܢܐ. ܟܕ ܗܘ ܢܦܠ ܡܢ ܡܫܬܐܠܢܐ.

ܦܘܩܕܢܐ ܐܡܪ ܗܘ ܡܫܝܚܐ. ܥܬܝܕܐ ܠܟܝܢܐ ܕܢܗܘܐ.

ܒܐܘܪܚܐ ܗܝ ܟܠܗ ܡܬܐܠܨܐ. ܘܐܘܟܠܢܐ ܕܠܐ ܡܬܕܢܐ.

ܘܡܬܟܠ ܐܠܐ ܠܡܠܟܘܬܗ. ܥܡܗ ܠܗ ܘܥܡܘܬܗ. 1940

ܘܥܠܐ ܚܙܐ ܥܠܗ ܐܦ ܐܢܬ. ܥܡܘܪܐ ܕܟܝܢܐ ܡܠܟܝ.

ܐܦ ܦܘܩܕܢܐ ܠܐ ܫܡܥ. ܣܓܝܐ ܗܘ ܢܦܫ ܡܢ ܣܓܝܐ.

ܐܠܐ ܗܘ ܥܠܡܐ ܡܬܩܢ ܐܢܬ. ܠܡܫܬܘܬܐ ܕܗܘ ܐܘܟܠܝ.

ܘܢܦܠܘܢ ܣܓܝܐܐ ܥܡܗ. ܟܕ ܐܢܬ ܐܘܣܦ ܡܢ ܣܓܝܐ.

ܐܬܟܠܬ ܥܠ ܢܦܫܗ. ܘܐܘܣܦܬ ܟܕ ܠܐ ܫܡܥܬ. 1950

ܘܡܬܟܠ ܠܟܠ ܢܦܫܝ. ܘܢܘܪܐ ܘܩܠܐ ܣܓܝܐܐ ܥܡܝ.

ܟܠܗ ܥܘܪܐ ܕܣܓܝܐ ܢܦܠܝ. ܘܢܦܠܐ ܕܐܪܥܐ ܐܬܟܬܫܝ.

ܘܥܡܟܬܫܝ ܡܢ ܟܢܫܗ. ܘܥܡܐ ܕܡܬܟܠܝ ܐܬܟܢܫܗ.

ܕܠܐ ܥܒܕܐ ܢܦܫ ܦܪܫ. ܟܕ ܥܡܪܐ ܕܡܠܟܘܬܗ.

ܐܢܬ ܕܝܢ ܡܬܟܢܫܝ ܦܬܟܢܝ. ܥܡ ܢܦܫܝ ܣܓܝܐܝ. 1960

tit, hanc lucem non videt.. Nisi enim dolores, qui matrem ejus percutiunt et incurvant, ipsum quoque premunt, tenebras ibi hereditat in loco a vita remoto. Ille infans, qui non sentit pressuram portae sibi transcendae, suffocatus de tenebris in tenebras vadit et inutilis est egressus aeque ac ingressus ejus. Sine ulla utilitate matrem suam doloribus afficit, immo damnum ei affert, moriens in utero ejus proventu fraudato. Nihil efficit ingressus ejus praeter dolores et pressuras inutiles, matrisque moerorem cumulat per nativitatem et mortem suam. Itaque tu quoque respice portam, quae ad vitam parit! Nisi enim per afflictiones pertransieris, suffocabitur anima tua vitae expers. Moerorem tantum parabis gratiae, quae te genuit; si enim de vita excideris, pessimas ei ages gratias. Ingratus eris contra omnia beneficia, quae tibi gratuito commodavit. Impressit tibi imaginem Dei et dedit tibi spiritum vitae. Portavit te in utero vitae, sugere te fecit bona mysteriorum, recreavit te geniminibus suis. Tu autem hanc gratiam per mortem tuam moerore afficis. Infans enim in utero matris non secundum propriam voluntatem moritur; sed tua mors ex libera voluntate tua oritur, quamquam vita tua praeter voluntatem tuam tibi data est. Sed utinam ille, quem malitia liberi arbitrii sui occidit, tali modo abire posset, sicut decedit infans, nimirum sine peccatis et sine praemio! Tu ergo per bona opera vitam retine in utero gratiae, matris tuae, et tribulationibus gigne animam tuam saeculo venturo gaudiis pleno! Hoc saeculum futurum cum beatitu-

1930 1940 1950 1960 1970

ܟܠܗ ܕܝܢ ܐܝܟ ܕܐܬܐ ܒܥܠܡܐ. ܕܠܐ ܫܘܚܠܦܐ ܘܕܠܐ ܐܘܪܚܐ.
ܗܘ ܐܬܐ ܗܘܐ ܐܝܟܢܐ. ܕܡܛܠܬܗ ܢܦܩܬ ܕܒܪܝܬܗ.
ܗܘܝܘ ܒܘܟܪܐ ܕܒܪܝܬܐ. ܩܕܝܫ ܐܡܪ ܡܨܥܬܐ.
ܘܐܡܠܟ ܠܥܡܗ ܒܬܘܟܠܢܐ. ܠܡܠܟܐ ܕܡܠܐ ܡܣܟܢܐ.
ܦܠ ܗܘ ܗܝܟ ܒܡܦܩܬܗ. ܠܠܡܕܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܗܘܐ. 1970
ܟܠ ܙܒܢ ܕܡܬܦܪ ܗܘ. ܡܢ ܟܝ ܒܪܫܐ ܕܡܠܟܘܬܐ.
ܠܐ ܢܗܘܐ ܟܘܠܐ ܡܠܝܐ. ܒܪܝܫܐ ܕܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ.
ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܟܝ ܡܬܚܠܦܝ. ܡܢ ܣܘܓܐ ܠܣܘܓܐ.
ܫܘܬܗ ܕܒܥܠܐ ܠܥܡܐ ܗܘ. ܘܡܟܝܠ ܕܝܢ ܗܘ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܗܘ.
ܘܬܘܪܣܗ ܕܒܥܠܐ ܚܠܒܐ ܗܘ. ܘܡܟܝܠ ܕܝܢ ܩܪܒܐ ܘܙܝܢܐ. 1980
ܒܪܫܗ ܕܒܥܠܐ ܫܪܫ ܒܗܪܐ ܗܘ. ܘܡܟܝܠ ܕܝܢ ܦܘܠܚܢܐ.
ܡܕܒܪܢܘܬܗ ܒܗ ܡܬܚܐ ܕܟܠܐ. ܘܡܟܝܠ ܕܝܢ ܒܗ ܒܪܝܬܐ.
ܗܘ ܒܟܘܟܐ ܕܢܦܩ ܢܦܩ. ܘܐܠܐ ܒܟܘܟܐ ܕܡܟܬܒܢܘܬܐ.
ܠܗܘ ܡܠܟܘ ܟܘܟܐ ܕܒܩܪܐ. ܘܡܠܟ ܟܘܟܐ ܦܘܠܚܢܐ.
ܕܟܠܐ ܡܠܟܘ ܠܥܡܐ ܗܘ. ܘܡܟܝܠ ܕܝܢ ܡܝܬܐ ܐܚܪܢܐ. 1990
ܡܠܟܘ ܕܒܥܠܐ ܕܡܫܝܚܘܬܐ ܗܘ. ܘܡܟܝܠ ܕܝܢ ܡܠܟܘܬܐ ܡܫܠܡܢܐ.
ܠܦܘܩܕܐ ܒܢܝܐ ܗܘܠܝ. ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܠܥܡܐ ܒܗ.
ܠܐ ܬܗܘܐ ܗܝܡܢܘܬܝ. ܘܬܗܘܐ ܠܥܡܝ ܡܢ ܚܝܐ.
ܦܬܓܡܐ ܗܘ ܘܕܒܪܐ ܠܦܘܪܫܢܝ. ܕܚܠܐ ܟܠܗ ܕܒܠܗܐ.
ܗܐ ܐܝܟ ܕܒܢܝܐ ܚܢܢ ܠܟܝ. ܐܘ ܗܘ ܕܢܦܩ ܕܒܪܝ. 2000
ܒܗ ܗܘ ܫܡܠܝ ܡܢ ܡܠܝܐ. ܐܘ ܐܝܟ ܠܥܡܝ ܠܐ ܬܫܠܘܡ.
ܟܠܗ ܡܢ ܡܠܬܐ ܗܘ ܫܘܬܝ. ܐܘ ܐܝܟ ܠܥܡܝ ܠܐ ܬܫܠܘܛ.
ܠܡܫܝܚܐ ܕܥܡܗ ܐܦܐ ܐܝܟ. ܐܘ ܐܝܟ ܠܥܡܝ ܠܐ ܬܒܪܗ.
ܘܬܦܪܐ ܕܡܠܬܐ ܚܢܢ ܐܝܟ. ܐܘ ܠܐ ܬܦܫܘܛ ܚܠܦܬܝ.

dine sua decies millies pretiosius est hoc nostro, quam hoc nostrum praestat utero genitricis. Noli fieri infans suffocatus in utero illo vitae pleno, ne tibi ex tenebris in tenebras transeundum sit! Vita infantis est anima, tua vero fides; nutritur infans lacte, tu vero corpore et sanguine. Uterus, in quo infans gestatur, carnalis est, tuus vero spiritualis; ille jacet in aquis immundis, tu vero in aquis sanctis. Ille movetur in gremio sanguinis, tu vero in gremio baptismi; illum genuit venter carnalis, te vero venter spiritualis. Nativitas infantis vetus, tua autem nova est; infans in pueritiam nascitur, tu autem in virum perfectum. Educatur mens tua in vita, quia fides ei insufflata est! Noli perdere fidem tuam, quia simul etiam animam tuam de vita perdes. Corpus et sanguis enutriunt te, quae omnipotentia Dei conficit, nec quisquam te superare potest, nisi voluntas tua ipsa consensum praebet. Fortior est potentia tua, quam ea satanae, nisi tui ipsius proditor effici velis; vita tua morti inaccessibilis est, nisi ipse animam tuam interficis. Seras inferni vinces, nisi ipse animam tuam debilitaveris; portam mortis superabis, nisi ipse humiliaveris liberum arbitrium tuum. Fortior est vis tua prae ea abyssi, si te ipsum custodire velis; creatio tua destructioni superior est, nisi ipse destruis structuram tuam. Homo novus es, nisi voluntas tua in vetustatem recidat; vivus es et morti superior, nisi ipse veritati mori velis.

In Crucifixo inveni bona haec innumerabilia. Praedica fidem ejus, quam ipsa avis locuta est! 2020 Quamquam crux ad eam non pertinet, cecinit gloriam et veritatem ejus; quanto magis tibi, pro quo illa fabricata est, non silenda erit laudatio ejus! Avis locuta est de salute ejus, quamquam non gustavit corpus ejus; itaque tu quoque confitere salvationem ejus, quia corpus et sanguinem ejus comedis! Illa cecinit sanctitatem ejus, quamquam non gustavit expiationem 2030 ejus; tu ergo lauda expiationem ejus, quia per ejus sanctitatem sanctificatus es! Illa gloriam tribuit morti ejus, quamquam nulla ei promissa est resurrectio; tu ergo praedica passionem et mortem ejus, quia vivificatione ejus frueris! Illa laudes ejus assidua cecinit, quamquam repromissiones ejus non inhereditavit; tu ergo, cui omnia sua praebuit, canta et pro- 2040 clama honores ejus! Quod auris non audivit, dedit tibi passio Crucifixi; imple igitur aures vocibus tuis, verbis fidei! Quod oculus non vidit, dedit tibi mors Crucifixi; esto igitur spectaculum coram oculis hominum et confitere ipsum coram judicibus! Quod non ascendit in cor, dedit tibi ignominia Crucifixi; fiat 2050 igitur cor tuum fons vitae, celebra et praedica laudem ejus! Quia advenit invitavitque te in thalamum suum per passionem, quam pro te sustinuit, animum tuum in thalamum ejus converte et gesta honorem ejus in eo! Quia aures tuae redemptionem ejus audiverunt, fac, ut audiant aures hominum laudationem ejus; et quia oculi tui gratiam ejus viderunt, 2060 monstra oculis illorum humilitatem ejus! Quia cor

ܕܡܚܒܠܐ ܐܦܠܝܢ ܦܓܪܝܗܘܢ. ܐܡܪܝܢܢ ܟܠܗܘܢ ܠܚܝܘܬܗ.
ܘܢܩܘܡ ܒܒܢܝܗ ܒܣܝܒܘܬܗ. ܗܘܐ ܕܟܬܝܒܐ ܡܘܕܥܗ. 2060
ܘܡܠܐ ܠܟܝ ܡܩܒܠܢܘܗܝ. ܢܦܩ ܘܢܦܫ ܡܩܒܠܢܗܘܢ.
ܐܬܬܙܝܥܘ ܦܓܪܐ ܣܡܝܟܝܢܘܗܝ. ܢܦܩ ܠܗ ܕܚܝܠܐ ܡܚܒܠܐ.
ܘܐܬܐ ܘܡܫܝܚܐ ܢܚܬ ܠܗ. ܡܛܠ ܐܝܟ ܠܗ ܠܠܐ ܠܗ.
ܕܗܘ ܡܠܘܟܐ ܗܘܐ ܡܘܗܘܒܐ. ܐܝܠܐ ܗܘ ܦܘܪܩܢܐ ܕܦܪܩ ܠܗ.
ܦܫܐ ܕܡܘܪܝܐ ܦܨܠ. ܘܩܪܒ ܒܡܢܝܢܗ ܘܡܛܪܗ. 2070
ܡܢܝܢܐ ܠܟܠܝܐ ܣܡܟܝܢ. ܘܠܐ ܠܘܩܒܠ ܗܝܟܠܬܗ.
ܒܪܦܫܐ ܐܬܦܫܛ ܣܓܝܐ. ܘܐܬܦܫܛ ܟܠ ܕܪܘܫܐ ܕܦܫܛܐ.
ܘܗܘ ܗܘܐ ܠܟ ܣܦܪܐ ܘܟܬܒܐ. ܠܟܠܗܘܢ ܕܠܟܠܗܝܢ.
ܒܪܦܫܐ ܐܬܦܫܛ ܗܠܝܢ. ܘܫܘܪܐ ܠܗ ܢܘܪܐ ܕܡܘܪܝܐ.
ܕܒܗ ܪܒܝ ܟܠܗ ܡܢܗ ܡܠܟܐ. ܐܝܟ ܡܢܐ ܕܐܡܪ ܒܩܘܫܬܐ. 2080
ܗܘܝܘ ܗܘܐ ܠܟ ܗܟܢܐ. ܕܬܬܠܐ ܠܟܢܫܐ ܠܟܠܗ.
ܘܫܡܥ ܠܗ ܐܚܐ ܘܒܪܐ. ܘܪܘܚܐ ܕܒܟܠ ܒܡܫܝܚܐ.
ܗܘܝܘ ܠܗ ܡܨܠܝ ܡܫܒܚܐ. ܠܪܫܢܐ ܕܐܬܬܠܝ ܠܡܟܝܢ.
ܘܥܠܠ ܠܗ ܡܫܠܡܢܘܬܐ. ܦܘܪܫܢܐ ܡܫܡܠܝܐ.
ܗܘܝܘ ܠܗ ܡܛܠ ܡܪܢܐ. ܘܡܢ ܪܘܚܐ ܠܟܢܫܐ ܠܟܠܗ. 2090
ܟܠ ܣܘܟܠܗܘܢ ܘܟܠ ܦܘܪܫܢܗܘܢ. ܘܟܠ ܣܘܥܪܢܗܘܢ ܘܟܠ ܡܘܕܥܢܗܘܢ.
ܗܘܝܘ ܠܗ ܫܘܒܚܐ ܚܝܠܐ. ܘܪܒܐ ܘܡܫܝܚܐ ܐܡܝܢ.
ܕܡܫܝܚ ܡܪܢ ܦܘܪܩܢܐ ܗܘ. ܘܦܘܫܩܐ ܕܐܡܪܢ ܡܫܡܠܝܐ.
ܗܠܝܢ ܡܟܠܗܝܢ ܟܬܒܐ. ܒܪܘܟܐ ܕܫܘܐ ܠܡܫܬܐ.
ܘܗܠܝܢ ܐܦ ܠܟ ܡܢܟ ܐܢܐ. ܠܡܫܡܥܘ ܕܡܫܬܡܠܝܐ. 2100
ܕܠܗ ܕܐܡܪܬ ܐܡܪܝܢ ܒܗ. ܕܠܝ ܐܡܪ ܐܦ ܠܟ ܒܠܚܘܕ.
ܐܡܪܬ ܗܕܐ ܐܝܟ ܕܐܡܪܬ ܠܟܘܢ. ܘܐܝܟ ܕܐܡܪܬ ܗܘ ܐܡܪܬ ܠܟܘܢ.

tuum impletum est promissionibus ejus, producat et effundat glorificationes ejus, et quia corpus tuum vidit expiationem ejus, fiat ei sacrificium rationale! Postquam tibi coelum terramque dedit, quid ei retribuere poteris? Postquam se ipsum in donum tibi tradidit, quibusnam laudibus ei gratias condignas ages! Accipe calicem salutaris et invoca nomen et veritatem ejus; persevera usque ad mortem, nec perdas fidem ejus! Per crucem vitam invenisti et collum mortis calcasti; per ipsam quasi pontem transiisti ad lucem Trinitatis. Per crucem inveni haec, et testatur mihi Spiritus sanctus, illam nos ita eduxisse, ut morti superiores evaserimus, quemadmodum propheta proclamavit. Illa tibi facta est scala, qua ad vitam supernam tendas; haec testatur mihi Pater et Filius et Spiritus sanctus, qui locutus est per prophetas. Fias Crucifixo, qui divitias tuas multiplicavit, templum, in quo tubis celebratur, et loquere cum fiducia libera de fide ejus! Esto illi operarius verax, qui de mane usque ad vesperam virtutes, salvationes, passionem, humiliationem ejus praedicat! Esto illi tuba viva, quae alte proclamat honorem Jesu, domini gloriae, pro te clavis perfossi et crucifixi! Haec nobis consiliata est justitia per signa stupenda, quae gratia nobis monstravit; hoc consilium tibi quoque do, o discipule fidei. Fides haec in me locuta est, ut te alloquar et me tecum; tu quoque loquere, quemadmodum ego tibi locutus sum, quia tibi eadem dixi, quae illa in me locuta est! Eleva vocem tuam, quemadmodum audivisti; ego enim eadem tibi tradidi, quae ab illa audivi. Noli audire vocem diversam ab auditu vivifico

2070

2080

2090

2100

sacrae scripturae! Hoc modo fides clamavit ad me, ut 2110
ego clamem ad te, tu vero et ad te ipsum et ad alios clames, longeque aufugias a fovea clamoris disputantium.
Haec exempla justorum veterum illa mihi tradidit, deinde ego tibi monstravi exempla eorum, ut respicias ad regionem beatitudinis eorum. De pratis sacrae scripturae dedit mihi coronam florum et nexui illam splendoribus justorum, ut tu coroneris veritate ejus. 2120
Narravi enim tibi de splendoribus et thure dulci eorum, ut tu coroneris coronis eorum et possideas aromata eorum. Dedi tibi de coloribus eorum et de floribus virtutum eorum et de liliis optimis, quorum veritas in terra floret. Locutus sum tibi de magnis 2130
divitiis veterum, quamquam illis enarrandis impar, et narrabo tibi de thesauris recentium, quamquam vox mea iis non sufficit. Admonui te exemplis e veteri testamento desumptis et paratus sum novum quoque testamentum proferre. Surge igitur ex somno et mecum cane gloriam Patri et Filio et Spiritui sancto!

Finis sermonis S. Isaac de avi illa, quae Antiochiae Trisagion cecinit.

IX.

FRAGMENTUM CARMINIS S. ISAAC DOCTORIS DE FIDE, CUI INITIUM: FIDEI INSISTO, UT FIDEM DEPINGAM.

Fidei insisto, ut fidem depingam . . . . Ille, qui ad nostram aegritudinem se demisit, quamquam fortitudo ejus minui nequit, ipse assumpsit debilitatem nostram, ut nobis robur invictum procuraret, Imbellis factus est, quamquam debilitati non obnoxius, ut nos bellatores idonei fieremus. Incorruptibilis corruptioni obnoxius factus est, ut nos a corruptione solveret et liberaret. Creator descendit ad corruptionem, sed corruptio ei non dominata est. Secundum visum externum corruptionem subiit, sed illa eum attingere non potuit. Ipse enim interfecit corruptionem nostram, cum eam pertransiret. Debilitas nostra est corruptio, quam creator noster per adventum suum abstulit et roboravit virtute justitiae suae, ne rursus peccato marcesceret. In ignominia corruptionis constituti eramus, ipse vero pro nobis ignominiam passus est; subiit enim ignominiam corruptionis, ut eam in incorruptionem permutaret. Non corruptus est Deus noster, cum veniret et pertransiret corruptionem nostram, sed interfecit corruptionem, ne rursus feriret genus humanum. Solummodo secundum visum oculorum, non vero, si rei veritatem perscrutamur, corruptus est. Mali eum

ܫܒܚܘܗܝ ܟܗ̈ܢܐ ܥܡ ܥܡ̈ܐ. ܥܢܝܬܐ ܠܗ ܫܡܝܐ.
ܕܒܗܘ ܥܡܐ ܡܫܒܚܢܐ. ܡܛܠܗ ܠܡܠܟܘܬܐ ܡܛܠܐ.
ܢ̈ܗܘܘܗܝ ܗܢܘܢ ܘܐܬܚܫܒ. ܘܗܕܡ ܡܛܠܗ ܠܫܠܛܐ.
ܐܦܩܘܗܝ ܗܢܘܢ ܠܫܘܠܛܢܐ. ܘܦܪܩܗ ܦܛܠ ܠܫܘܠܛܢܐ.
ܗܘܐ ܠܗ ܫܒܚܐ ܠܐ ܫܘܠܐ. ܕܬܬܚܙܪ ܒܗ ܐܠܗܘܬܝ. 40
ܗܘܐ ܫܒܪܐ ܠܥܘܗܕܢܝ. ܕܢܗܘܐ ܐܝܟܐ ܠܓܘܫܡܝ.
ܗܘܐ ܐܝܟ ܚܒܪܐ ܡܢ ܡܪܐ ܗܘ. ܕܬܬܚܙܪ ܒܗ ܠܚܘܒܝ . . . .

X.

ܕܛܘܒܢܐ ܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܗܝ ܕܒܐܝܕܐ ܚܛܝܬܐ
ܡܫܬܟܚܝܢ ܫܗܝܐ ܒܐܝܕܐ ܒܢܝܫܘܬܐ ܡܬܚܫܒ ܠܡܘܬ
ܕܥܠ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ❖

ܠܡܪܝ ܡܪܝ ܢܒܥܐ ܠܡܫܝܚܐ. ܕܐܒܘܗܝ ܠܡܪܝܗ ܕܫܡܝܐ. 1
ܘܫܡܥܬܐ ܡܫܝܚܐ ܕܐܝܬ ܒܗ. ܐܫܘܪܝܗ ܠܟܠ ܐܢܫܐ.
ܐܬܟܢܫܘ ܚܢܢ ܘܐܬܚܫܒܘ. ܠܚܛܝܬܐ ܡܛܠ ܚܠܦ.
ܡܢ ܗܘ ܠܗܘܢ ܒܐܬܪܘܬܗ. ܘܗܟܢ ܐܡܪܐ ܕܡܬܚܫܒ.
ܡܪܗ ܕܗܝܕܐ ܠܟܠܐ ܗܘ. ܠܗܘ ܐܠܗܐ ܡܢܟ.
ܕܐܬܟܢܫ ܡܢܐ ܕܠܐ ܡܫܬܡܥ. ܕܢܬܚܫܒ ܘܐܙܠ ܒܗ ܐܪܥܐ. 10
ܚܝܠܐ ܡܬܚܫܒ ܠܗܘܢ ܠܗ. ܕܐܝܬ ܒܗ ܕܫ̈ܡܥܬܐ.

X. Cod. Vatic. 119, p. 185 (D).

passionibus exterminaverunt secundum speciem, non secundum essentiam. Nam per illam plagam exterminatricem interfecit mortem occisorem. Traxerunt eum ad exterminationem, sed ipse e contra exterminatorem interfecit. Crucifixerunt eum ad interitum, sed ipse per crucem suam destructorem occidit. Incorruptibilis nostram corruptionem subiit, ut genus nostrum inde liberaretur; nostrae debilitati se conformavit, ut 40 aegritudinem nostram sanaret. Dominus factus est tamquam servus, ut servitus nostra inde liberaretur....

X.

S. ISAACI DISQUISITIO DE POTESTATE DIABOLI IN HOMINE TENTANDO; IN QUA ETIAM DE COMPOSITIONE HOMINIS AGITUR.

Lux Tua, Domine, comitetur intelligentiam meam, 1 ut intrem regnum tenebrarum, bestiamque furiosam illic habitantem vinciam et omnibus monstrem! Tu enim ad gregem Tuum protegendum satanae vincula et fiscellam injecisti. Sed nihilominus contremiscunt agni pascuae Tuae, quando rugit in vinculis suis. Regnum satanae est nox. Tu igitur, Deus, illumina 10 mentem meam, ut doceam simplices, eum furorem suum in genus humanum non posse opere explere! Verbum Tuum sit mihi lucerna, ut legam in libro

ܕܒܐܝܠܝܢ ܐܣܩ̈ܐ ܢܚܬ܀ ܠܡܚܝܠܐ ܠܐ ܡܫܬܡܥܐ.
ܙܕ̈ܩܐ ܐܝܟ ܠܗ ܠܫܒܝܐ. ܕܡܢܗܘܢ ܗܘܬ ܡܚܝܪܘܬܐ.
ܘܡܢ ܠܐ ܡܬܡܨܐ ܦܪܘܩ ܒܗ. ܡܢ ܝܬܝܪܘܬܗ ܕܠܝܬ ܠܗ. 20
ܡܬܚܫܒ ܒܚܟܝ̈ܡܐ ܐܪܙܐ. ܡܢ ܚܝܠܐ ܕܚܟܡܬܗ ܬܡܝܗ.
ܦܓܪܐ ܚܙ̈ܐ ܡܢ ܡܠܬܗ. ܡܢ ܕܒܣܝܣܗ ܠܐ ܡܬܦܪܫ.
ܠܐܪܥܐ ܥܡܝܪܐ ܘܡܬܥܒܕܐ. ܘܥܠܝܐ ܒܚܝܘܬܐ ܫܡܝܢܐ.
ܬܘ̈ܕܝܬܐ ܘܫܘܒܚܐ ܡܢܗ. ܕܠܥܙܝܙ ܕܡܢ ܠܐ ܡܬܚܫܒܝܢ.
ܡܫܒܚ ܗܘ ܠܟܝܢܐ ܠܟܠܗ. ܘܡܬܝܕܥ ܒܐܪܥܐ ܠܓܘܫܡܐ. 30
ܒܝܠܘܬ ܩܘܪܒܐ ܡܬܡܨܝܢ. ܘܠܝܬ ܠܗ ܒܡܘܬܐ ܕܡܬܚܫܒ.
ܠܐ ܡܢ ܢܦܩܬ ܒܗ ܠܚܘܒܐ. ܒܗܢܐ ܚܝܠܐ ܕܫܡܝܐ.
ܕܠܐ ܢܬܡܢܥ ܕܗܘܝܘ ܕܝܠܗ. ܡܛܠ ܕܗܕܐ ܕܢܬܦܫܩܘܢ.
ܕܐܝܟܐ ܐܠܗܐ ܩܪܝܒ. ܕܝܗܒܐ ܗܘ ܕܠܒܪܐ ܫܡܝܐ.
ܗܢ ܡܠܝܐ ܠܐ ܦܬܝܟ ܠܗ. ܕܢܦܪܘܫ ܡܬܡܨܝܢ ܠܐ ܦܠܓܐ. 40
ܠܗ ܕܐܬܚܫܒ ܐܡܪ ܐܢܐ. ܐܦܠܐ ܕܡܫܬܡܥ ܡܠܟܐ ܐܢܐ.
ܠܒܪܝܬܐ ܕܝܢ ܕܐܝܟ ܐܢܐ. ܕܢܐ ܕܠܟܠ ܠܢܦܫ ܗܘܐ.
ܐܪܥܐ ܗܘ ܕܐܫܬܪܪ ܒܐܠܗܘܬܐ. ܘܡܛܠ ܠܒܪ̈ܢܫܐ ܒܝܠܐ ܦܫܛ.
ܕܐܝܠܝܢ ܕܢܦܩ ܡܢ ܠܚܝܘ. ܡܫܬܡܠܝܢ ܒܗ ܘܡܦܪܫ ܠܗ.
ܦܪܐ ܗܘ ܒܗ ܒܟܠܐ ܕܐܠܗܘܬܐ. ܡܢ ܕܝܠܗ ܫܪܝܪܐ ܗܘ. 50
ܘܐܝܟ ܗܘ ܐܦܠܐ ܕܡܬܪܓܡ ܠܗ. ܕܐܪܥܐ ܒܗ ܠܒܢܝ ܕܫܝܢܐ ܠܗ.
ܡܫܒܚ ܗܘ ܠܝܡܐ ܡܬܦܫܬܐ. ܘܡܫܒܚ ܗܘ ܠܗ ܕܠܐ ܡܫܬܘܚ.
ܕܢܚܠܘ ܠܐ ܡܬܚܫܒܢ. ܕܐܦ ܡܢ ܐܢܫ ܡܢܝܢ ܗܘ.
ܐܝܟ ܣܝܡܐ ܒܬܪܥܐ ܦܫܛ. ܕܐܝܠܝܢ ܕܢܦܩ ܡܢ ܡܬܚܫܒܐ.
ܡܫܡܫܢܐ ܠܗ ܒܟܠܗܘܢ ܒܐܠܗܘܬܐ. ܘܣܓܝܐ ܕܝܩܢܐ ܦܪܝܐ ܠܗ. 60
ܠܗ ܐܡܪܐ. ܕܝܢܐ ܡܠܝܐ. ܡܗܝܡܢ ܕܢܛܠܗ ܟܠܗ ܐܝܬܝܐ.

cogitationum ejus, quibus ille artibus mundum perturbare conatur, cum ei non permittatur, ut vim adhibeat! Fraudibus utitur satanas, quibus imperitis stuporem injiciat eosque artibus suis perturbet, quamquam iis damnum inferre nequit. Rugit tamquam leo, 20
quamquam vis omnipotens eum vincivit; grex dispergitur voce ejus, quamquam ille eum perdere non potest. Satanas compararandus est leoni vincto et fiscella instructo. Terrores quidem incutit horribiles, sed ad damnum inferendum non valet. Virtus coelestis ei fiscellam injecit eumque ad timorem incutiendum in 30
terram emisit. Voluntatem suam nonnisi per furorem explere potest, sed aculeus violentiae ei denegatus est. Ne, Domine, difficultatem experiatur lingua mea in describendis rebus satanae, ne forte dicant, illum me perturbare potuisse, quia minatus sim eum detegere! Illud ipsum enim mihi proposui, ut hominibus demonstrarem, diabolum nempe nihil aliud esse, quam baculum castigationis, ideoque eum nullum damnum inferre posse, nisi Dominus eum ad hunc finem emiserit. His quidem verbis omnem ei potestatem abjudico, 40
non tamen ideo eum a culpa absolvo. Nam prava voluntas ejus condemnanda est, quae omnes perdere cupit. Leo est, quem justitia vincivit eumque ante portam suam ad terrorem incutiendum excubare sinit, ut in illum, qui a jugo justitiae recedit, dominationem accipiat eumque laedat. Injectum ei est capistrum justitiae, quia semper voluntatem laedendi habet; in- 50
terdum vero justitia ei habenas laxat, ut puniat eos, qui contra ipsam peccaverunt. Justitia eum subjuga-

ܗܘ ܗܘ ܕܐܚܝܕ ܟܠܗ ܠܥܠܡܐ. ܗܘ ܡܬܚܙܐ ܗܘܐ ܡܣܟܢܐ ܕܒܥܐ.
ܐܝܟ ܐܟܣܢܝ ܕܡܢܐ ܠܟܦܘܠܐ. ܟܠ ܕܚܙܗ ܐܟܣܢܝܘܗܝ.
ܕܠܐ ܢܣܥܘܪ ܠܡܣܟܢܘܬܐ. ܦܪܐ ܠܟܝܢܐ ܘܟܠܗ ܐܒܢܘܗܝ.
ܟܠܗ ܥܡܐ ܠܒܝܬܐ ܕܐܠܗܘܢ. ܐܢܐ ܡܢ ܡܫܬܘܕܥ ܠܐ ܡܬܟܣܐ. 70
ܕܥܡܐ ܣܓܝܐܐ ܠܥܠܡܝܢ ܗܘܘ. ܘܣܪܗܒܝܢ ܗܘܘ ܠܟܠ ܐܬܪܘܬܐ.
ܠܘܬܗ ܗܘ ܠܥܡܐ ܕܚܙܐ. ܐܝܟ ܕܥܒܕܐ ܥܡܗ ܥܠܡ.
ܘܠܐ ܡܟܝܠ ܕܢܚܘܬ ܐܘ ܢܣܩ. ܕܠܐ ܐܝܟ ܚܝܠܐ ܕܥܘܡܪܢܘܗܝ.
ܥܡܡܐ ܕܠܐ ܚܙܐ ܕܝܠܗ. ܡܢ ܕܥܒܕܐ ܥܡܗ ܥܠܡ.
ܠܐ ܕܚܙܐ ܥܡܐ ܐܝܟ ܡܣܟܢܐ. ܕܢܬܚܙܐ ܗܘ ܠܥܠܡܐ. 80
ܕܚܙܐ ܐܦ ܡܣܟܢܐ ܕܥܒܕܐ. ܘܠܐ ܠܥܡܡܐ ܕܡܠܟܐ ܗܘ.
ܕܥܒܕܐ ܠܥܡܐ ܡܪܗܒ. ܘܐܬܐ ܡܪܚܡ ܠܡܠܟܘܬܐ.
ܡܬܢܐ ܐܠܗܐ ܕܥܒܕܐ. ܗܘܠܗ ܡܪܚܡ ܠܐ ܕܥܝ.
ܐܦ ܥܡܐ ܥܠܡܐ ܗܘ ܡܟܠܗ. ܠܐ ܕܝܢ ܦܪܫ ܘܡܬܟܣܐ.
ܘܐܢ ܡܢ ܕܥܠܝ ܐܢܫܝܢ. ܠܐ ܐܬܕܥ ܠܗ ܕܡܫܡܫܢܘܬܗ. 90
ܡܪܝܐ ܗܘ ܚܙܐ ܥܒܕܐ ܕܢܦܫܐ. ܘܢܣܒܝܢ ܐܢܐ ܒܚܝܠܐ.
ܘܠܒܝܢ ܢܦܐ ܒܦܘܪܩܢܗ. ܐܘܪܚܐ ܕܫܘܠܡܗܘܢ.
ܕܥܡܐ ܘܚܠܐ ܠܥܠܡܝܢ. ܡܥܠܬܐ ܕܡܠܟܐ ܐܢܘܢ.
ܥܒܕܐ ܕܡܬܚܫܒ ܐܝܟ ܠܥܡܗܘܢ. ܘܡܪܝܐ ܕܐܬܚܙܝ ܠܐ ܥܒܕ.
ܕܐܬܚܫܒ ܫܡܝܐ ܒܥܡܗܐ. ܡܥܡܕܘ ܠܥܡܗ ܐܢܫܐ. 100
ܘܐܢ ܡܪܝܐ ܡܫܟܚ ܗܘ ܕܡܬܐܢܐ. ܠܡܫܡܫ ܐܠܗܐ ܐܝܟ ܕܐܠܗܐ.
ܐܦ ܕܠܐ ܐܢܫܐ ܚܙܐ ܗܘ. ܘܥܠܗ ܚܙܐ ܒܚܙܘ ܐܝܟ ܕܥܠܝ.
ܡܢ ܥܡܐ ܕܥܒܕܐ. ܠܡܪܝܐ ܕܥܒܕ ܚܙܐ ܗܘܐ.
ܡܬܚܫܒܝܢ ܗܘ ܡܢ ܥܡܡܐ. ܕܚܙܝܢ ܡܪܝܐ ܡܟܠܗܘܢ.
ܐܢܫܝܢ ܥܡܗ ܡܟܠܗ ܕܡܢܗ. ܠܥܡܡܐ ܕܥܒܕ ܕܟܠܗ. 110

vit et fiscella instruxit, ne damnum inferat; sed voluntas ejus jugo non subjicitur, sed in rebellione permanet, quamquam vincta est. Sicut peccatum excubat ante portam illius, qui veritatem relinquit, quia justitia eum contra talem emittit, ut eum castiget, quoadusque ipsa velit. Non enim licet diabolo, tamdiu apud hominem 60 remanere, quam ipsi libet; sed ille, qui eo tamquam baculo utitur, per eum percutit, in quantum ipsi placet. Interdum laedit infantes, quia parentes eorum peccaverunt; ne in poenitentiam abscidat, castigat infantes, ut parentes eorum poenitentiam agant. Si daemonibus liberam nocendi facultatem concedisset, terra jam 70 diu incolis careret; tum enim illi genus humanum invasissent et in una hora exterminassent. Iners est stimulus diaboli, sicut aculeus apis in mense Decembri; non possunt pungere nec laedere, quia stimuli eorum robore carent. Infans tantum imperitus timet apem in mense Decembri. Similiter nec diabolus tam terribilis est, quam fama ejus, quia vis ejus nocendi evanuit. Etiam fama apis timorem incutit, sed, si aculeo 80 caret, deridetur. In mense Decembri apis solummodo susurrare, non vero pungere potest. Ita diabolus quoque voce sua tremorem incutere, non vero laedere aut perdere potest.

Etiamsi ululando exclamat: „Ille vel iste me mercede ad damnificandum conduxit", nullam ei fidem 90 adhibere debes. Causam enim quaerit, qua fratres ad mutuum odium et jurgium incitet. Ita alterum laedit in membris, alterum in mente; ut tam visibiliter quam invisibiliter noceat, furens exclamat, se mercede

ܦܩܕ ܢܒܝܐ ܗܘ ܕܢܬܦܢܐ. ܘܡܢ ܡܢ ܡܬܬܟܠܟܠ ܐܝܟ ܚܢܦܐ.

ܘܐܡܪ ܡܬܩܢ ܗܘܐ ܕܢܐܡܪ. ܘܕܠܡܠܦ ܕܟܘܣܐ.

ܠܟܠ ܢܩܡܝܢ ܩܕܡ ܢܩܘܡܘܢ. ܕܢܬܠܒܫ ܠܟܠܬܢܝܐ.

ܦܪܙ ܫܥܘܬܐ ܐܝܟ ܙܒܢܐ. ܦܪܘܫ ܡܫܘܪܐ ܠܥܠܝܘܬܐ.

ܡܢ ܪܘܚܐ ܠܒܬܐ ܡܬܚܫܒ. ܘܡܢ ܐܬܢܛܘܢ ܗܘܬܐ. 120

ܒܪܘܚ ܟܘܠ ܐܦ ܠܥܡܡܐ. ܦܬܐ ܡܫܬܘܬ ܕܟܢܫ ܠܗ.

ܡܢ ܐܦܢܙ ܠܗ ܕܐܘ ܡܬܠܝ. ܒܥܠܡܝܪܘܬܐ ܦܫܝܛ ܠܗ.

ܢܥܒܕ ܠܗ ܒܪܫܐ ܚܡܝܪܐ. ܫܡܠܐ ܘܦܬܐ ܠܥܒܪܐ.

ܐܘ ܢܚܙ ܡܬܠܝ ܡܬܚܫܒܬܐ ܗܘ. ܟܠ ܣܘܪܐ ܘܐܙܠܬܐ.

ܐܘ ܟܠܗ ܡܬܠܝ ܐܝܟ ܕܐܬܦܢܐ. ܐܘ ܥܡܠܐ ܢܝܫܐ ܠܟܠܗܝܢ. 130

ܫܡܠܐ ܪܒܐ ܡܬܒܪܝ ܒܗ. ܘܡܬܚܫܒ ܫܡܠܐ ܕܢܦܩܝ ܠܗ.

ܡܢ ܫܘܒܚܐ ܦܬܐ ܥܡܡܐ. ܡܚܘܝܐ ܡܢ ܐܦܝܐ.

ܡܢ ܡܢ ܡܬܠܠ ܡܢ ܕܝܠܐ. ܘܡܢ ܐܝܢܐ ܐܝܟ ܕܒܪܢܫܐ.

ܠܫܡܝܐ ܒܗܘܐ ܢܦܠ. ܘܐܦܠܐ ܡܬܠܠ ܡܬܕܡܝܢ.

ܘܡܢ ܠܗ ܕܐܘܪܚ ܠܫܡܫ. ܬܫܪܐ ܕܚܫܒܐ ܡܬܬܚܫܒ. 140

ܐܠܐ ܠܘܩܒܠ ܕܫܡܪܝܐ. ܟܠ ܦܬܓܡܘܗܝ ܗܘ ܡܬܬܠܝܢ.

ܘܐܠܐ ܫܡܠܬܐ ܕܐܙܠܝܢ. ܒܥܠܡܝܪܘܬܗܘܢ ܡܬܚܫܒ.

ܡܬܠܝܐ ܗܘ ܠܗ ܠܚܘܒܐ ܗܘ. ܦܬܓܡܐ ܡܢ ܠܥܡܐ.

ܡܬܢܚܐ ܕܒܥܠܡܝܪܘܬܐ. ܡܬܚܫܒ ܐܝܟ ܕܟܘܫܐ.

ܦܫܛ ܢܫܒܐ ܡܢܐ ܕܡܫܢܐ. ܠܥܡܪܐ ܕܫܢܐ ܐܘ ܡܬܠܝ. 150

ܢܓܐ ܠܟܘܪܣܐ ܡܢ ܐܬܚܘܝ. ܘܒܫܘܬܐ ܚܫܘܫ ܡܬܚܫܒ.

ܒܢ ܦܬܐ ܠܗ ܕܐܘ ܡܬܠܝ. ܐܝܟ ܕܠܚܘܡܐ ܫܠܐ ܠܗ.

ܐܬܚܫܒ ܡܬܢܚ ܡܢ ܓܒ ܚܫܝܐ. ܠܥܠܡܐ ܡܫܠܡ ܠܟܢܝܫܬܐ.

ܦܬܐ ܡܢ ܒܪܬ ܕܢܬܠܐ. ܕܢܝܚ ܕܐܘܪܚܘܢ ܠܥܠܡܢܐ.

conductum esse. Quantum potest, damna infert, nec unquam cessat a dissidiis excitandis. Ut mentes simplicium perturbet, conductum se nominat. Sed si revera, prout assertione sua simulat, mercede conductus hominibus nocere posset, tum certissime etiam sine ulla mercede noceret. Tum ergo dicendum esset, eum non tantum nocere, quantum posset. Nam ex myriadibus eorum, qui urbem incolunt, vix decem laedere solet. Itaque magis misericors esset, quam praedones, qui integras saepe exterminant urbes. Si igitur diabolus paucos laederet, quamquam multos laedere posset, utique bonus esset atque misericors, nec dignus, cui malediceretur tamquam malo. Quomodo tum ei promitti posset ignis et cruciatus, tamquam merces perturbationum ejus? Sed res non ita se habet, sed in omnes partes extendit alas suas, ut homines perturbet. Dispergit laqueos suos tamquam semina, ut imperitos capiat et ad altercationem inducat. Accendit ignem e longinquo et rixas e vinculis suis.

100

110

120

Interdum etiam clamat coram simplice, ut ei exitium paret. Dum enim illi ait : „O abs te!“ eum per superbiam ad apostasiam perducit. In verbo hoc honorifico, quod simplicibus acclamat, secretum inest ludibrium. Hoc enim verbum : „O, abs te!“ pariter super veraces et super mendaces profert. Haec utique ellipsis „O, abs te“ ita explenda est : „O, quam facile patitur stultitia tua, ut merita tua abs te abstrahantur!“ Sed stultus superbia inflatur, dum audit daemonem alta voce ipsi illudentem. Coram martyribus clamat ex animo, sed ficte coram mendacibus. Coram

130

ܘܒܫܡܝܢ ܡܢ ܥܠܡ ܡܘܒܠܐ. ܠܡܥܒܪܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ. 160

ܫܠܝܚܐ ܕܝܢ ܡܢܐ ܕܫܡܥܘܢ. ܘܟܠܗ ܕܝܘܢܐ ܡܬܪܓܡ ܒܗ.

ܐܝܟ ܬܠܡܝܕܘܗܝ ܘܐܫܠܡܗ. ܘܐܪܒܥ ܠܦܐܬܐ ܡܘܬܐ.

ܥܡܐ ܕܥܡܐ ܠܐ ܝܕܥ. ܫܡܥܘܗ ܡܢܗܘܢ ܩܫܝܫܐ.

ܠܐܝܠܝܢ ܕܗܘ ܕܐܬܐ ܡܬܝܠܕ. ܕܢܫܒܘܩ ܐܢܝܢ ܡܢܫܒܚܝܢ.

ܗܘ ܡܥܘܗܕܐ ܠܟܢܫܐ. ܘܫܡܥܐ ܕܥܘܠܐ ܡܫܠܡ. 170

ܫܠܡܘܢ ܕܢܘܚܐ ܡܥܒܪܢܐ. ܘܡܫܡܥܐ ܕܫܡܝܐ ܠܗܘܐ ܠܟܘܢ.

ܫܡܥܘܢܬܐ ܐܡܪ ܕܡܠܟܐ. ܘܡܩܪܐ ܠܡܠܬ ܚܕ ܡܢܗ.

ܘܐܡܠܟ ܬܪܥܝܢ ܕܝܢ ܟܠܗܘܢ. ܘܗܫܠܡܬܘܢ ܕܝܠܝܕܐ.

ܡܢܗܘܢ ܒܠܚܘܕ ܢܗܘܐ ܠܟܘܢ. ܘܡܢ ܒܗܘܐ ܫܠܡܐ ܡܫܠܡ.

ܠܐ ܬܫܟܚܘܢ ܟܠ ܗܕܡܝܢ. ܐܝܟ ܕܟܠܗ ܫܡܪܝܐ. 180

ܠܟܠ ܕܝܢܐ ܡܫܠܐ ܕܩܕܡ. ܡܢܢ ܦܘܫܐ ܫܠܡܘܬܐ.

ܟܠ ܦܘܫܐ ܕܢܥܒܕ ܕܢܦܩ. ܡܢܬ ܠܗ ܒܡܠܟܘܬܗܘܢ.

ܫܡܝܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܠܗܠܝܢ ܘܟܪܐ ܡܫܡܫܝܢ.

ܠܗ ܗܫܠܡܘܬܗܘܢ ܦܬܐ. ܢܫܠܡܘܢ ܗܘ ܟܠܝܠܐ.

ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܗ ܚܘܪܐ. ܐܠܐ ܠܡܫܝܚܐ ܕܥܡܗ. 190

ܐܢ ܠܟ ܡܬܘܡ ܘܐܢ ܚܙܝܬ. ܠܟ ܚܘܫܒܢܐ ܢܛܪ ܠܟ.

ܐܝܟ ܗܘ ܫܠܐ ܡܢܗܘ. ܕܢܬܒ ܐܪܥܘܗܝ ܩܫܝܫܐ.

ܗܢܝܢ ܒܐܫܡܥܬܐ ܐܚܪܢܐ. ܬܗܘܢ ܠܫܦܝܪܘ ܕܠܐ ܚܛܝܐ.

ܡܬܘܡ ܕܐܫܬܘܕܥ ܠܟ ܡܢܐ ܠܗ. ܫܦܝܪܐ ܡܢܗ ܢܬܦܣ ܠܗ.

ܒܫܦܪ ܢܗܘܐ ܒܠܘܩܝܐ. ܕܢܐ ܡܢ ܒܢܝ ܢܦܫܗ ܠܗ. 200

ܡܠܝܢ ܐܝܟ ܢܗܝܪܐ. ܕܒܐܫܡܥܬܐ ܕܐܬܥܒܕܬܐ.

ܢܬܒܣܡܘܢ ܠܗܘܢ ܐܝܟܢܐ. ܕܗܘܬ ܠܢܦܫܐ ܒܫܠܡܘܬܗܘܢ.

ܡܬܒܣܡ ܡܫܝܚܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. ܘܒܫܘܪܐ ܕܡܫܡܥ ܟܠ ܫܘܡܠܝܐ.

illis ululat timore coactus, sed coram his per ironiam. Multos hoc artificio sibi cepit, quod ululans eos praecedit, eosque perfecto exitio confregit, quamquam mysteria ejus non didicerunt. Etiam absque libatione vini jam satis placatus est per superbiam eorum, et absque conflatione idolorum per jactantiam eorum satis recreatus est. Placet enim daemoni superbia magis quam libatio, et spiritus jactantiae ei magis acceptabilis est quam sacrificium. Gaudet miser, quando audit diabolum clamantem: „O, abs te!" Obliviscitur, quam malum sibi elegerit ductorem, et hac humiliatione sua captivum se tradit superbiae. Acclamationem illam „O, abs te!" imbibit, quasi ad sitim restinguendam. O Domine, avertas quaeso a simplicibns illum, qui vel prudentes depraedari potest!

140

150

Clamat ante mendaces, ut ad se attrahat simplices, et ut mulieres stultas et insipientes ab ecclesia avertat. Insanae autem, postquam audierunt de loco, ubi daemon vociferatur, infantibus secum ductis abeunt et relinquunt domum sacram. Sacerdotem visitatorem non probatum habent stultae, ideoque signationem ejus contemnunt; sed talem quaerunt, qualem supra descripsimus, qui etiam extemplo advenit, ut ipsas signet. At potius, o mulier, donum quidem tribue recluso, sed signationem a sacerdote tuo accipe; cibum affer monacho, sed oleum martyrum sit tibi; omnibus ea administra, quibus indigent, sed in veritate permane aqud unum! eleemosynae tuae ad omnes perveniant, sed fides tua in Crucifixum defixa sit; ejus tantum oleum sit tibi, et a sacerdote signationem accipe! Ne

160

170

ܘܡܫܝܚܐ ܕܕܝ̈ܢܐ ܢܚܬ. ܗܘܩܛܡܘܢ ܕܩܢܘܡܐ.

ܐܝܠܐ ܕܒܟܪܐ ܗܘ ܕܡܫܝܚܐ. ܘܡܚܝܪܐ ܒܡܫܡܠܝܘܬܐ. 210

ܠܡܠ ܗ̇ܘ ܡܬܒܥܐ ܡܒܝܢܐ. ܬܪ̈ܝܢ ܡܬܚ̈ܕܐ ܘܡܬܝܚܕܐ.

ܠܐ ܡܬܦܠܓ ܠܥܠܡ ܡܫܝܚܐ. ܘܠܐ ܢܬܦܠܓ ܒܗ ܚܘܫܒܐ.

ܘܡܢ ܕܐܝܬ ܡܠܬܐ ܒܪܝܫ ܠܡܠܐ. ܢܗܪ ܠܡ̈ܠܐ ܕܐܠܗܘܬܐ.

ܕܢܬܚܙܐ ܐܘܪܚܐ ܫܦܝܪܐ. ܡܠܐ ܒܪܘܚ ܕܡܢ ܡܢ ܐܒܐ.

ܡܬܝܕܥܢܘܬܐ ܐܠܗܝ ܩܕܡܘܗܝ. ܕܢܗܘܐ ܠܢ ܡܢ ܒܗ ܡܘܕܝܐ. 220

ܠܒܝܬ ܫܡܝܐ ܥܡܗܐ ܠܢ. ܘܡܫܡܐ ܠܢ ܐܦ ܡܕܡܕܡ.

ܘܐܬܐ ܕܡܠܐ ܘܡܠܘܡܐ. ܫܠܝܛܐ ܒܟܠ ܠܢ ܕܢܥܒܕ.

ܡܢ ܒܟܐ ܕܢܐܡܪ ܒܒܝܬܐ. ܘܡܠܘܡܐ ܠܐ ܡܬܡܨܐ ܠܗ.

ܐܢ ܠܡܢ ܒܗ ܬܐܘܡܐ ܥܠܝܢܐ. ܠܐ ܢܚܡܠ ܠܐ ܡܫܢ ܐܢܐ.

ܠܟܠ ܕܐܬܠܒܠܒ ܫ̈ܒܪܐ ܬܡܢ. ܡܬܪܘܡܘܢ ܡܠܝܢ ܡܢ ܡܬܪܗ. 230

ܥܒܕܐ ܐܝܟ ܢܐܡܪ ܒܒܝܬܐ. ܘܒܗ ܩ̈ܠܝܢܐ ܡܬܚܙܝܢ.

ܠܐ ܢܒܥܐ ܐܠܗܐ ܕܬܫܪܝܗܝ. ܡܠܘ̈ܬܐ ܠܐܚܪ̈ܢܐ.

ܕܡܬܚ̈ܘܝܢ ܗܘ ܠܡܫܡܠܝܢ. ܒܫܘܪܝܬܐ ܕܡܘܠܕܐ.

ܠܐ ܚܙܝܬܘܢ ܢܦܫܐ ܕܡܠܟܐ. ܕܢܘܕܥܘܢ ܐܝܟ ܠܐ ܦܠܓܐ.

ܘܠܐ ܚܙ̈ܝܐ ܕܡܬܚܘܝܢ. ܗܒܘ ܙܕܩ ܠܡܬܪܕܐ. 240

ܡܫܝܚܐ ܒܒܝܬܗ ܐܝܟ ܦܠܓܐ. ܘܡܠܟܐ ܐܝܟ ܪܘܚܢܐ.

ܒܗ ܦܠܓܐ ܡܠܟܐ ܡܠܟ. ܘܡܬܚܘܝܐ ܒܗ ܪܒ ܚܝܠܐ ܗܘ.

ܐܦ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܗܘ. ܒܒ̈ܝܬܗ ܒܡܠܟܐ ܡܠܟ.

ܘܐܡܠܟ ܫ̈ܒܪܐ ܡܬܪܕܐ. ܕܢܗܘܐ ܒܒ̈ܝܬܗ ܠܡܬܕܠܝܘܗܝ.

ܠܐ ܡܬܚܙܐ ܫܘܪܐ ܒܒܝܬܐ. ܕܫܒܩ ܠܗ ܒܡܠܟܗ ܫܪܒܐ. 250

ܘܠܐ ܢܬܒܪ ܒܡܪܬ ܡܠܟܐ. ܕܡܬܪܕܝܐ ܒܗ ܪܘܡܬܐ.

210) Cod. ܘܡܗܝܪܐ.

dominetur super membra tua manus cujusvis hominis insipide! Ad vocem diabolorum et daemonum vociferantium congregantur spiritus maligni; omnis spiritus erroris, qni ibi spirat, se implicat ornamentis capitum earum. In consuetudine superstitionis ad conventicula illa accedunt. Non habent illae magnam fidem, sed potius validum errorem. Non tamquam ad veracem proficiscuntur, oleum reclusi quaerentes, sed ajunt: „utut sit hariolus aut incantator, sanationem mihi impertiat!“ Ipse autem stultus ille superbia effertur, quia stultae ad eum congregantur. Illae autem ficte absque aestimatione illius ad portam ejus concurrunt, apud se cogitantes : „nihil mea interest, qualis sit, dummodo mihi per eum utilitas eveniat! Libello incantationum et libationibus diabolum e filio meo expellat!“ Miserae pro certo habent, se sub specie professionis monasticae incantatores inventuras esse, quia ignominiam suam celare volunt. Negligitur oleum apostolorum et martyrum, qui pro veritate mortem passi sunt, et oleum mendacium splendet in oribus perversarum. Servi Christi et orthodoxi afferre solent aegrotos et infirmos ad sanctum altare, non autem ipsi oleum conficere audent, ne domum expiationis contemnere videantur, sed ubi sacerdos est regens plebem, observant ordines justitiae.

Hoc modo satanas, ut a recta via abducat, variis in locis ob fratres clamat. Hae voces ejus ambages sunt, quibus nos a domo sanctuarii aberrare faciat. Ecclesiam valde contemnimus et juramenta in ea praestita spernimus. Si de juramento praestando et acci-

ܠܗ ܡܕܒܪܬܐ ܡܠܟܐ ܗܘܐ. ܘܡܢܗ ܩ̈ܕܡܝܐ ܕܗܘܐ ܥܡܐ.

ܟܕ ܚܙܐ ܗܘܐ ܕܢܦܪܘܫ. ܒܪ ܡܠܟܐ ܡܢ ܙܘܥ ܚܝܠܐ.

ܠܥܝ̈ܢܐ ܕܝܢ ܗܘ ܗܕܐ. ܠܡܫܪܝܘ ܗܘܬ ܘܠܡܠܘܟܐ.

ܘܡܠܐ ܐܡܝܪܐ ܡܥܒܕܐ. ܘܐܫܡܥܬܐ ܐܣܝܪܐ ܚܫܘܒܗ. 260

ܚܫܝܒܬܐ ܗܝ ܠܗ ܠܒܪ ܡܠܟܐ. ܕܠܥܠܡ ܕܗ̈ܘܐ ܦܘܡܗܘܢ.

ܕܐܝܟ ܕܒܪ̈ܝܬܐ ܕܡܠܟ̈ܘܬܐ. ܚܘܒܗ ܗܘܐ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ.

ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܗܘܐ ܘܡܠܠ. ܦܘܩ ܡܢܝ ܒܐܦ̈ܝܐ ܕܚܘܕܝ.

ܒܥܠܬܐ ܫܪܝܗ ܡܡܠܠܗ. ܕܦܘܩ ܡܠܟܐ ܠܐ ܢܫܬܡܥ.

ܐܦ ܝܘܡܢܐ ܗܢܐ ܕܢܦܩ. ܡܢ ܦܘܩ ܐ̈ܒܘܟ ܕܝܢܐ. 270

ܒܬܪ ܚܘܫܒܐ ܡܚܫܒ ܡܠܟܗ. ܒܫܘܒܚܬܐ ܘܢܦܩ ܦܬܟ.

ܗܟܢ ܐܡܪ ܠܗ ܚܣܝܐ. ܠܗܘ ܥܐܕܐ ܕܫܒܘܪ ܫܘܡܝܢ.

ܘܫܘܦ ܡܢ ܗܢܐ ܒܪܝܬܐ. ܐܝܟ ܝܘܡܢܐ ܡܢ ܩܕܡܐ.

ܡܠܐܐ ܕܡܪܕܘܬܐ ܐܠܗܝܬ. ܫܦܝܪܐ ܠܐ ܐܠܦ ܠܡܠܟܝ.

ܕܕܠܐ ܐܒܕܐ ܐܣܘܪܬܐ. ܒܐܝܠܢܐ ܕܢܣܪܘܚ ܠܐ ܡܚܡܣ. 280

ܦܝܫ ܗܘ ܚܟܝܡܐ ܕܡܢܝܐ ܠܒܝ. ܟܠ ܕܡܣܬܟܠ ܦܪܘܩ.

ܠܗ ܝܗܒ ܗܘܝܢ ܪ̈ܢܝܐ ܗܘܐ. ܫܝܢܐ ܕܢܥܒܕ ܠܐܢܫܐ.

ܗܘ ܠܗܘܐ ܡܪܚܡܢܐ. ܠܐܝܠܝܢ ܒܗ ܪܘܐ ܠܒܝ.

ܘܠܗ ܡܫܠܡ ܒܝ ܒܝ ܫܪܐ. ܕܕܢܚܝ ܒܗ ܡܠܟܝ ܠܒܝ.

ܒܐܬܪܐ ܕܝܠܗ ܠܐܒܘܟܝ. ܡܫܚܬܐ ܕܪܘܚܬܐ ܡܫܐ ܠܒܝ. 290

ܘܫܝܦ ܡܫܬܒܚ ܒܫܡܐ. ܕܐܝܟ ܕܒܫܡܝܐ ܩܪܐ ܠܒܝ.

ܡܫܠܡ ܒܗ ܐܦ ܚܝܠܐ. ܘܕܢܪܘܚ ܠܗ ܠܐ ܡܚܡܣ.

ܠܗ ܒܫܠܡܗ ܫܪܝܢ. ܠܡܦܠܚ ܠܗ ܠܐ ܡܫܟܚ.

ܫܒܩ ܡܠܟܘܬܐ ܦܘܫܗ. ܡܢܐ ܕܙܕܐ ܠܫܥܝܐ ܘܫܡܝܪ.

ܕܡܫܪܦ ܠܗ ܒܫܘܦܪܐ. ܥܠ ܡܪܐ ܕܢܪܘܚ ܠܡܫܝܚܘܬܗ. 300

piendo agitur, illud in ecclesia accipere spernimus. Alter quidem illud in ecclesia praestare cupit, sed alter illud ibi accipere renuit, loquens : „non credam tibi, nisi in sacello Thomae Apostoli juraveris.“ Quia illic daemones ululant, Apostolum magis honorant, quam Dominum ejus. In ecclesia semper parati sunt 230 homines ad jurandum, sed in sacello apostolorum moras nectunt. Nescitis dijudicare, in quo honor praecipuus situs sit; ea enim, quae videtis, accipitis secundum insipientiam vestram. Non intelligitis, hunc honorem regi deberi, quod coram eo nemo percutiatur, sed ducibus ante eum collocatis competere, ut rebelles castigent. Eodem modo etiam Christus tamquam rex 240 in ecclesia sua habitat, Apostolus vero duci exercitus comparandus est. Apud regem silentium mandatur, apud ducem vero tumultus regnat. Ita etiam Christus rex ecclesias suas silentio honorari vult, sed daemones apostaticos servis suis tradidit, ut coram iis judicentur. Non audet daemon in ecclesia vociferari, quia Sera- 250 phim ei os obturant, ne inhonoret arcem regis, in qua circumfertur majestas ejus. Si diabolus in ecclesia ularet et in martyriis silentium observaret, nemo Filium Regis a duce exercitus distinguere posset. Multis autem ipsum hoc discrimen damnum et detrimentum attulit, ita ut Illum ob ipsum hunc potiorem honorem ejus sub falsa pietatis specie contempserint. Nimis vile foret filio regis, si daemones coram eo cla- 260 marent; sed discipulis suis hoc concessit, ut gradum potestatis eorum indicaret. Cum daemon in Judaea coram Domino nostro loqui auderet, increpatione ob-

ܐܝܟ ܡܠܟܐ ܕܢܒܥ ܡܡܠܠܐ.   ܐܬܐ ܕܫܘܒܚܬ ܠܥܡܡܗ.

ܘܠܐ ܡܢܐ ܢܛܪ ܕܡܠܟܘܬܐ.   ܘܦܩܕ ܠܟܢܫܗ ܘܡܫܠܡܬ.

ܗܘܬ ܡܫܡܠܝܢ ܐܦ ܕܝܢ ܗܘܐ.   ܘܡܫܡܠܦ ܠܡܦܠܚ ܠܗ.

ܘܡܫܡܠܬ ܕܚܝܪ ܗܡܗܝܐ.   ܘܠܐ ܡܢܐ ܕܠܒܐ ܗܡܗܝܢܐ.

ܘܠܐ ܠܟܝܢܐ ܦܪܝܐ ܡܫܚ.   ܘܠܐ ܠܟܫܘܦܐ ܡܚܝܪܐ.   310

ܒܐܬܘܢ ܗܘ ܡܫܠܡܬ.   ܕܫܘܡܠܠܗ ܡܫܠܡܢ.

ܕܦܬܐ ܠܗ ܠܗܘܦܠܓܐ.   ܕܗܝ ܡܢ ܗܘܦܝ ܠܗܘܐ.

ܠܟܘܪܝܐ ܕܝܗܘܝ ܗܕܐ ܗܘܐ.   ܠܗ ܕܠܐ ܗܫܟܐ ܐܡܫܠܬ.

ܠܗܢܘܢܐ ܦܪܐ ܡܫܝܚܐ.   ܘܐܢܫܝܢ ܡܫܡܠܝܢ.

ܕܠܚܝܐ ܘܡܫܡܪܐ ܦܪܝܫܝܢ ܬܘܒ.   ܕܡܠܟܝ ܐܝܪܐ ܠܐ ܦܠܚܝܢ.   320

ܘܡܢ ܒܡܬܐ ܕܒܝܬܐ ܗܘܝܐ.   ܐܬܬܠܝܢ ܗܟܝܠ ܠܗ ܒܡܬܐ.

ܬܒܪܗ ܠܟܡܝܢܐ ܕܡܢ ܡܫܐ.   ܠܐ ܗܘܬ ܒܗ ܡܪܫܡܢܘܬܐ.

ܗܘܬ ܢܦܠ ܠܟܦܪܐ.   ܡܢܐ ܕܚܪܐ ܠܡܘܩܒܠ.

ܘܗܝ ܡܢ ܡܕܢܚܐ ܙܪܐ ܠܗ.   ܠܚܪܬܐ ܡܫܬܡܪ ܗܘܐ ܣܦ.

ܕܚܪܬܐ ܗܘ ܐܝܟ ܦܪܓܐ.   ܘܦܪܘܩܐ ܗܘ ܠܟܠ ܚܝܘܬܐ.   330

ܦܘܡܠܗ ܡܫܚܢܝܢ ܡܢܝܗ.   ܘܡܢ ܠܐ ܦܢܝܢ ܚܘܣܢܐ ܗܘ.

ܐܠܐ ܗܘ ܠܚܪܬܐ ܕܐܠܗܐ.   ܡܢ ܗܘ ܡܫܝܚ ܠܗ ܕܡܠܟܗ.

ܠܐ ܝܗܒ ܦܠܚ ܡܫܠܡܘܬܐ.   [ܘܠܐ ܕܚܝܠܐ ܠܚܝܘܬܗ.]

ܟܠ ܗܢܐ ܝܠܟ ܠܗܘܐ.   ܡܠܟܘܬ ܚܝܐ ܢܠܟܗ.

ܚܪܬܐ ܗܢܐ ܦܪܘܩܝܢ.   ܘܦܘܪܩܢܗ ܗܘ ܠܐ ܡܫܠܡ.   340

ܝܗܒܐ ܕܪܐ ܘܦܠܚܘܬ.   ܦܢܝܐ ܕܪܐ ܘܠܐ ܦܠܚܘܬ.

ܕܦܘܫ ܗܘ ܦܘܪܩܢܐ ܕܠܚܝܬܐ.   ܘܠܐ ܢܬܠ ܠܗ ܡܘܬܐ.

ܚܪܬܐ ܕܪܘܫܐ ܕܐܠܗܐ ܗܘ.   ܕܚܠܒܐ ܕܝܢ ܐܝܬܘܗܝ ܗܘ.

V. 336 e conjectura addidi.

turavit os ejus, ne coram rege tumultum excitaret. Nam et latro, si abducitur a facie judicis, ab eo obturationem oris per cuneolum accipit, antequam egressus supplicium obit. Eodem modo Jesus locutus est daemoni illi: „Obturetur os tuum, et egredere ex homine isto, sicut latro ex urbe!" 270

Diabolus nihil est praeter instrumentum castigationis; nemo hac de re te in errorem inducat! Ille enim absque manu, quae eum dirigit, homini nocere non potest. Iratus est baculus, qui te percutit, quia castigator tuus misericors est. Non quidem voluntas ipsius satanae talis est, qui te potius ad desperationem redigere cupit, sed Deus misericors te per eum leniter castigat, illum autem excruciat, dum videt, te per ipsum nonnisi ad tuam propriam utilitatem castigari. Per daemonem, qui interitum tuum intendit, Deus te percutit tamquam heredem suum, ideoque malignus valde perturbatur, quia ob tuum proprium commodum te castigare debet. Etiam paganus per eum castigatur, nec licet diabolo ei suppetias ferre. Si secundum propriam voluntatem suam nocere posset, certe adoratoribus suis nihil mali inferret. Valde excruciatur spiritus ejus, quando quasi ad suam ipsus ignominiam paganum castigat. Percutit enim eum ex mandato et ictus lenire nequit. Quemadmodum pater, cui rex occisionem unigeniti filii jussit, amorem paternum cohibere nequit, sed post occisionem filii corruit, ita etiam diabolus emissus, ut adoratorem suum excruciet, mandatum omittere nequit, quia mandator omnipotens est. Non licet ei nec paganum minore, nec fidelem 280 290 300

ܠܗ ܐܝܬ ܠܗ ܕܝܠܕܐ ܡܠܝܕܘܬ. ܠܟ ܕܝܢ ܕܝܠܕܐ ܡܬܝܠܕܢܘܬ.

ܠܗ ܗܕܐ ܠܗ ܐܝܟ ܐܠܗܐ. ܕܐܡܬܝ ܕܒܪܐ ܩܕܝܡ ܗܘܐ. 350

ܡܩܕܝܡ ܗܘܐ ܠܗ ܠܒܪܝܬܐ. ܕܒܟܠܗ ܒܝܬܗ ܚܕܐ.

ܠܒܪܝܬܐ ܐܝܬ ܠܗ ܡܬܝܕܥܝܢ. ܐܦ ܕܝܠܕܐ ܡܝܠܕܝܢ.

ܠܟܝܢܐ ܚܕܐ ܣܘܓܐܐ ܠܗ. ܕܝܠܕܐ ܚܡܪ ܐܘ ܕܡܝܐ.

ܐܝܬ ܠܗ ܕܝܠܕܐ ܘܠܐ ܝܠܕܐ. ܘܡܬܝܕܥܝܢ ܚܕܐ ܡܬܐܡܪܐ.

ܕܐܦ ܗܘ ܐܚܪܐ ܕܒܪܐ ܒܗ. ܗܘܝܘ ܒܪܐ ܕܠܐ ܝܠܕܐ ܒܗ. 360

ܠܚܐܪܘܬܐ ܕܡܠܟ ܐܝܬ ܠܗ. ܐܦ ܕܡܬܝܕܥܐ ܘܠܐ ܡܬܝܕܥܐ.

ܘܡܬܩܪܝܢ ܘܠܐ ܡܩܪܝܢ. ܘܐܪܒܥ ܡܬܝܕܥܝܢ ܡܬܐܡܪܝܢ.

ܐܦ ܡܬܝܕܥܝܢ ܚܕܐ ܐܚܪܢ. ܗܘ ܕܒܪܐ ܒܗ ܗܘ ܕܫܠܛ.

ܘܚܕܐ ܕܒܝܬܐ ܡܬܝܕܥܝܢ ܗܘ. ܒܗܘ ܝܬܝܪ ܕܒܪܐ ܫܪܝܪܐ ܗܘ.

ܐܝܬ ܠܗ ܕܝܠܕܐ ܐܒܘܗܝ. ܠܗܘ ܠܗ ܕܫܪܝܪ ܐܒܘܗܝ. 370

ܣܓܝ ܕܝܠܕܐ ܕܐܠܗܘܬܐ. ܒܪܐ ܗܘ ܡܬܝܠܕܢܘܬܗ.

ܡܬܐܡܪܝܢ ܒܫܡܐ ܕܐܒܗܬܐ. ܟܠ ܕܚܕܐ ܒܩܢܘܡܗܘܢ.

ܡܬܐܡܪܐ ܕܒܪܐ ܕܝܠܕܐ. ܟܠ ܕܡܠܟ ܒܩܢܘܡܗܘܢ.

ܐܦ ܚܐܪܘܬ ܒܪܝܬܐ ܗܝ. ܠܗ ܒܠܚܘܕ ܐܠܗܐ.

ܡܢ ܕܫܡܝܐ ܠܟܠܗ ܗܘ. ܘܡܢ ܚܘܒܗ ܡܬܚܙܐ.

ܒܪܐ ܒܪܝܬܐ ܕܠܐܠܗܐ. ܘܠܐ ܡܬܝܕܥ ܐܬܬܪܝܡ ܒܪܘܚܐ.

ܒܝܠܕܐ ܘܒܠܐ ܝܠܕܐ. ܒܗܝ ܕܡܢܗ ܠܟܠܗܘܢ.

ܘܐܝܠܐ ܕܝܕܥܬ ܒܪܝܬ. ܘܡܬܝܕܥܝܢ ܒܚܕܐ ܠܐ ܡܬܝܕܥܐ.

ܐܦ ܗܠܝܢ ܫܡܪ ܡܬܝܠܕܐ. ܒܡܪܐ ܗܘ ܡܬܝܠܕܝܢ.

ܠܗ ܫܒܪ ܟܠ ܒܪܝܬ. ܠܗ ܒܪܢܫܐ ܗܘܐ ܘܫܡܥܬܐ. 390

ܠܗܐ ܗܘܐ ܡܬܡܠܟܢܐ. ܕܒܟܠܗ ܫܒܪ ܟܠ.

majore dolore afficere. Utrumque hoc, quod tantopere 310
voluntati ejus adversatur, humiliationem ei parat. Similis est Nabuchodonosor regi, qui ex mandato divino
populum Sion castigavit, sed postea ob immisericordiam
suam ipse humiliatus est. Deus Assyrium vocavit
baculum, qui robur suum a manuductore accipit, nec
non securim et serram, quae absque manu ad nihil
valent. Quamquam igitur baculus super populum 320
elevatus est, quamdiu castigatori placuit, tamen postea
baculum confregit, quia in castigatione misericordiae
oblitus erat. Eodem modo etiam malignus confractione
dignus est, quia gaudet de miseria nostra. Quamquam
nunc ex mandato Domini nos castigat, in fine ob immisericordiam suam confringetur.

Liber est diabolus, sicut homo, et creatura, sicut
animal. In voluntate sua semper rebellionem et dam- 330
num meditatur, et animo nocet, quamquam actu nocere
non potest. Libertas hominis aliquantum latius se
extendit, quam libertas diaboli; non enim haec perfecte
cum illa congruit. In homine est imago Dei, sed apud
diabolum umbra ejus. Habet quidem liberum arbi- 340
trium sicut nos, sed non facultatem per illud nocendi.
Latro vult caedem et occidit; diabolus vero vult caedem,
sed occidere nequit. Occisor est ob pravam intentionem suam, sed exsecutione ejus gaudere non potest.
Libertas humana est soluta, diabolica vero vincta.
Haec nihil habet praeter velle, illa autem velle et perficere. Si diabolus solutus esset sicut homo, qui,
quando vult, laedere potest, jamdudum mundum dele- 350
visset, quia voluntas ejus gaudet exterminatione crea-

ܢܘܪ ܒܗ ܐܠܗܐ ܡܥܠܡܝܢ. ‖ ܠܐ ܡܬܒܩ̈ܝܐ ܠܥܒܕܐ ܥܠܡܐ.

ܐܦܠܐ ܒܣܬܠܐ ܓܘܚܢܐ. ܕܥܠܡܐ ܕܡܠܟܬܐ ܒܪܬܗ ܗܘ.

ܚܙܐ ܒܥܠܡܐ ܕܠܗܐ. ܗܘܐ ܠܥܠܡ ܥܕ ܒܪܬܐ.

ܘܐܝܟ ܟܠ ܥܠܡܐ ܕܐܠܗܐ. ܘܚܕܐ ܠܥܠܡ ܠܟܠܗܘܢ. 400

ܐܝܟ ܡܢ ܡܬܚܕܐ ܕܠܐ ܡܬܦܠܓܢܘܬ. ܘܬܦܪܫܬܐ ܕܠܐ ܡܬܚܠܛܢܘܬܐ.

ܘܐܦ ܚܕܝܘܬܐ ܕܠܐ ܡܬܦܠܓܐ. ܘܦܪܫܢܐ ܕܠܐ ܡܬܚܠܛܢܘܬ.

ܐܝܟ ܡܢ ܢܦܫܐ ܕܠܐ ܦܓܪܐ. ܐܝܟ ܕܒܗ ܠܐ ܦܠܓ.

ܓܠܝ ܒܢܘܗܪܐ ܘܐܦ ܒܫܡܫܐ. ܒܣܓܝܐ ܫܡܫܐ ܡܟܠܠܐ.

ܗܢܘ ܗܘ ܥܠܡܐ ܕܡܫܠܛ. ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܟܠ ܕܐܝܬܘܗܝ. 410

[ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܓܒܪ ܥܠܡܐ ܕܡܫܠܛ. ܫܘܠܛܢܐ ܥܠ ܟܠ ܕܐܝܬܘܗܝ.]

ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܓܒܪ ܥܠܡܐ ܕܐܝܟ ܡܢ. ܘܐܚܪܢܐ ܗܘ ܐܦ ܫܘܠܛܢܐ.

ܢܗܘܢ ܒܗ ܐܠܗܐ ܡܥܠܡܝܢ. ܒܗܘܢ ܥܠܡܐ ܚܘܒ ܫܘܠܛܢܐ.

ܗܘܝܘ ܕܒܗ ܘܡܢܗ ܟܠ. ܡܬܝܕܥܐ ܥܠܡ ܠܗ.

ܐܝܟ ܓܒܪ ܫܘܠܛܢܐ ܗܘ ܥܠܡܐ. ܠܟܠܗܘܢ ܥܠܡܐ ܥܕ ܡܠܟܘܬ. 420

ܡܠܟܘܬ ܕܝܢ ܐܠܗܘܬ ܥܠܡܗ. ܒܢܦܫܐ ܡܬܚܕܐ ܘܐܚܪܢܝܬ.

ܠܗ ܫܘܠܛܢܐ ܗܘ ܥܠܡܐ. ܒܡܫܘܚܬܐ ܕܓܒܪܐ ܠܐ ܕܝܢ ܗܘܐ.

ܐܦ ܕܝܢ ܒܫܡܝܐ ܡܫܟܚ ܟܠ. ܥܠܡ ܟܠܗ ܢܦܫܢܐ ܗܘ.

ܫܘܠܛܢܐ ܓܒܪܐ ܠܡܫܝܚܗ. ܒܗ ܡܠܐ ܢܗ̈ܘܢ ܫܡܝܐ.

ܒܗ ܡܬܒܥܝܢ ܢܒܝ̈ܐ ܠܟܠܗܘܢ. ܒܗ ܡܠܟ ܫܡܥ ܒܪܐ. 430

ܒܗ ܦܠܐ ܫܡܝܐ ܘܒܢܝܐ. ܘܡܠܟ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.

ܘܡܚܝܢ ܒܗ ܐܒܐ ܕܝܠܗ. ܐܝܟ ܐܒܐ ܐܒܪܐ ܘܡܠܟܐ.

V. 411—412 eliminandi videntur.

tionis. Homini haec duo data sunt, nempe velle et perficere; diabolo vero unicum tantum datum est, nimirum velle aut bonum aut malum. Habet velle et nolle, sed haec duo in unicum coalescunt; nam illud quoque, quod diabolus vult, ita vult, ut id nolit. Nostra libertas habet velle et nolle, perficere et non perficere. Haec tamen quatuor ad duo, immo duo ad unum reduci possunt, nimirum ad efficacem voluntatis determinationem. Similiter etiam unicum illud diaboli in duo resolvi potest, quia malum, quod vult, eo ipso saltem interne perficit. Potest velle sicut nos, non autem nocere sicut nos. Condemnatur in judicio scelestorum, quia interitus eorum ei placet; accusatur ob sanguinem peccatorum, quia de flagitiis eorum gaudet; requiritur ab eo opprobrium insipientium, quia calamitatibus eorum recreatur. 360 370

Nostra quoque libertas non ad omnia valet, quia imago tantum est. Superat libertatem satanae, sed inferior est datore suo. Etiamsi homo volare velit, nunquam tamen volando se in aërem efferre potest. Per illud, quod velle et nolle possumus, Deo similes sumus. Sed etiam mortem effugere volumus, quod tamen potestas nostra assequi non valet. Nam et istiusmodi desideria saepe vehementer desiderantur. Si voluntas nostra omnia efficere posset, non esset mera imago et similitudo. Deus solus tam perfectus est, ut quaecunque vult efficere possit. Ait: „Effingamus hominem secundum imaginem nostram!“ Noli ergo quaerere imaginem apud creaturas necessitati servientes, nec apud exercitus angelorum spirituales! Imago 380 390

ܡܢܝܢ ܕܟܠܗ̇ ܥܪܘܒ. ܗܘ̇ ܦܩܕܐ ܠܗ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ.

ܠܟܠ ܢܦܫܐ ܢܛܝܐ ܡܢܝܢܐ. ܘܗ̇ܝܐ ܦܢܝܢܟ ܠܗܝܡܢܘܬܐ.

ܠܒܠܐ ܕܫܡܥܐ ܡܘܒ ܕܫܡܥܐ. ܘܗܘ̇ ܕܢܝܢܟ ܠܐ ܓܙܐ. 440

ܡܢܐܐ ܠܗܘܡ̈ܢܐ ܕܫܡ̈ܥܐ. ܡܢܝܢ ܗܘ ܡܢ ܐܘܡܬܐ.

ܠܫܘܐ ܝܘܪܐ ܠܒܝܢ ܠܗ. ܡܟܠ ܠܫܘܠܘܗ ܦܢܝܢܟ ܠܗ.

ܬ̈ܫܠܘܗܝ ܡܠܟ ܢܛܪ ܠܗ. ܘܐܝ ܐܠܗ ܢܠܟܘܡ ܢܦܫ ܒܗ.

ܣܦܠ ܦܝܫܗ ܐܝܟ ܒܠܒܐ. ܘܐܝ ܢܝܫܗܘܢ ܠܥܙܐ ܢܬܠܝܢ.

ܗܐܝܠ ܢܦܝܫܐ ܗܠܒܫܘܗܝ. ܗܘܐ ܢܦܐ ܘܢܬܠܐ ܠܗ. 450

ܗܒܫܘܗܝ ܐܠܗ̈ܝ ܡܫܟܝܢܗ. ܕܡܢ ܠܙܒܠܗ ܢܬܒܠܗܘܢ.

ܘܒܠ ܐܘܡܢܘ ܡܫܝܫܘܢ. ܕܠܗ ܢܡܠܠܝܢ ܡܠܡܠܝܢ.

ܐܝ ܡܫܟܝܢܐ ܗܘܐ ܙܟܝܐ. ܠܐ ܣܡܟ ܗܘܐ ܣܡܟܐ.

ܕܪܘܐ ܠܡ̈ܫܡܫ ܐܦܐ ܗܘܐ. ܘܠܡܫܡܫܢܘܗ ܦܠܚ ܗܘܐ.

ܒܐܝܢܐ ܐܣܡܟܐ ܬܐܡܪ. ܕܐܝܠ ܚܐܪܘܬܐ ܠܡܫܠܡ̈ܢܐ. 460

ܘܒܐܝܢܐ ܠܘܒ ܚܘܪܐ ܠܫܒܝܗ̇. ܠܚܐܪܘܬܐ ܕܐܝܠ ܙܐܪܣܘܢ.

ܐܝ ܐܝܠ ܗܘ ܠܗܘܢ ܚܐܪܘܬܐ. ܐܠܠܐܡܦ ܕܐܦ ܐܢܘܢܐ.

ܗܐ ܐܢܫܐ ܐܦ ܡܢܝܐ. ܘܡܠܟ ܐܘܡܬܐ ܡܫܠܡܐ.

ܐܝ ܐܝܠ ܚܐܪܘܬܐ ܠܟܡܪܐ. ܐܢܘܢܗܘܢ ܕܠܐ ܡܫܠܡܢܐ ܗܘ.

ܘܐܡܠܟ ܕܢܦܫܐ ܚܐܪܘܬܝ. ܡܡܘܢ ܗܘܝܢ ܫܐܝܠܘܗܝ. 470

ܐܝ ܕܝܢ ܠܡܟ ܕܡܠܟ ܢܙܝܢ. ܐܢܘܢܗܘܢ ܕܡܫ̈ܡܫܢܐ.

ܕܢܝܐ ܐܣܘܪܐ ܐܝܠ ܠܗܘܢ. ܕܣܡܟܘܗܝ ܡܢ ܗܘ̇ ܕܐܝܠ ܠܗܘܢ.

ܐܠܝܢ ܒܗ̇ܘ ܡܢܐ ܕܐܝܠܝܢܗܘܢ. ܡܡܘܢ ܠܗܘܢ ܐܦ ܒܠܘܚܝܢ.

---

446) Vox ܢܠܟܘܡ in margine explicatur per ܢܛܘܪܘܢ.

Dei homo est. Aspice imaginem Dei, ecce in ea depictum invenies hominem! Contemplare imaginem hominis, et videbis in ea Deum! Est enim in nobis 400 mens inscrutabilis, conscientia impervia, voluntas invincibilis, ratio immaterialis. In nobis est anima immortalis in similitudinem Dei immortalis, cujus vita in aeternum permanebit aut in lumine aut in tenebris.

Haec est imago illa, quae dominationem super uni- 410 versam terram accepit. Diversa enim est imago, quae nobis inest, a dominatione illa. Deus enim dominationem tribuit illi imagini, de qua dixit: „Faciamus hominem in imagine nostra!" Haec enim omnia sibi assimilavit et subjecit per intelligentiam, quae est imago Dei. Si enim ipsa dominatio imago esset, imago Dei non inveniretur apud omnes homines. Sed omnes 420 homines hanc imaginem possident in anima, mente, libera voluntate. Si imago Dei in dominatione consisteret, homo non indigeret artibus ad aves capiendas. Quia vero sapientia sua uti debet, ut omnia sibi subjuget, imago Dei in intelligentia quaerenda est. Scientiam ejus vocavit dominationem; per illam pisces e mari educit, per illam aquilas in ima detrahit, per illam bestias campi colligit; per illam mare et terram per- 430 quirit, altitudinem et profundum explorat. Cognoscit tempus venationis, sicut tempus triturae et messis. Conjungit illud, quod Deus separavit, ut capreolum cum ovi, hoedum cum caprea. Tribuit misericordiam maternam animali, quod naturaliter misericordia caret; ipse vero non vult misericordiam exercere. Varia ani- 440 malium genera copulat; ipse vero a concordia recedit.

ܐܦ ܐܬܚܙܝܘ ܡܢܟ ܗܘ. ܐܝܟ ܗܘܐ ܠܒܘܫܗ ܠܟܠܗܘܢ.

ܠܚܐܪܘܬܝ ܡܟܠܝܬ ܚܐܪܘܬܐ. ܢܟܝܢܐ ܡܢܗܝܐ ܩܠܘܣܝܐ. 480

ܡܟܠܝܐ ܡܘܟܟܐ ܠܗ ܠܦܘܡܗ. ܦܩܕ ܚܒܪܐ ܕܐܣܘܪܗ.

ܡܫܡܫܢܐ ܡܣܪܘܩܝ. ܘܡܢܐ ܦܫܐ ܡܚܠܐ.

ܘܫܠܡܘܬܝ ܡܫܬܒܩܐ. ܕܠܗܘܐ ܐܬܪܐ ܠܚܐܪܘܬܝ.

ܡܢ ܫܡܫܐ ܘܡܠܟܐ. ܗܘܝܢ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ.

ܗܢܘܢ ܡܠܐܟܐ ܕܠܝܚܘ. ܠܐܚܪܐ ܡܫܡܫܢܐ ܡܫܬܟܠܠܝܢ. 490

ܠܚܐܪܘܬܐ ܠܗܐ ܗܘ ܐܝܬܝܐ. ܥܠ ܐܣܬܟܝܘ ܗܘܝܢ.

ܐܝܬܘܗܝ ܐܚܪܢܐ ܐܝܟ ܠܟܝ. ܠܡܫܚܐ ܐܝܟܐ ܡܟܝܠ.

ܡܫܡܫܢܐ ܕܝܢ ܐܝܟܢܗܘܢ. ܡܝܕܥܐ ܕܠܐ ܐܝܬܝܐ.

ܘܡܫܡܫܢܐ ܦܪܝܫܐ. ܐܝܟܐ ܕܠܐ ܠܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ.

ܗܟܢܐ ܕܐܣܬܟܝܘܢ ܡܫܡܫܝܢ. ܘܐܫܬܟܚܘ ܗܘܝܢ ܬܠܬܐ. 500

ܕܗܘ ܗܘ ܟܗܢܐ ܘܡܠܐܟܐ. ܡܠܘܐܐ ܕܟܠ ܠܗܘܢ.

ܠܗܘ ܕܠܟܗܢ ܗܘ ܕܢܝܐ. ܚܕ ܗܘ ܕܟܗܢܘ ܒܬܟܠܝܐ.

ܡܢܐ ܝܬܝܪ ܕܠܟܝܢ ܐܝܬܝܐ. ܟܠ ܕܢܝܐ ܕܟܗܢܐ ܗܘܢ.

ܡܢܐ ܕܡܠܟܐ ܠܟܠ ܡܢ ܡܫܝܚܐ. ܦܩܕ ܕܢܗܘܐ ܟܗܢܐ.

ܕܟܗܢܐ ܚܕܐ ܕܟܠܝܐ ܒܗ. ܐܝܟ ܕܐܝܬܝܐ ܒܗ ܒܚܕܐ. 510

ܠܟܠ ܡܢ ܡܠܐܟܐ ܚܕܐ ܝܠܕܐ. ܡܫܝܚܐ ܕܢܗܘܐ ܠܐ ܡܫܡܫ.

ܗܟܘܬ ܠܟܝܢ ܡܠܐܟܐ. ܐܠܗܐ ܕܠܟܗܢ ܠܐ ܡܫܡܫ.

ܐܝ ܕܝܢ ܐܠܦ ܓܒܪܐ ܕܢܐܡܪ. ܕܐܝܟ ܚܐܪܘܬܐ ܠܡܠܐܟܐ.

ܫܡܥ ܗܘ ܐܦ ܕܠܚܘܐ. ܡܢ ܐܠܝܢ ܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ.

ܘܐܦ ܟܠ ܡܫܡܫܢܘܬܗܘܢ ܠܐ ܡܫܡܫ. ܟܠ ܚܐܪܘܬܗܘܢ ܐܝܟܐ ܡܫܡܫ. 520

ܟܗܢܐ ܠܗ ܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܡܫܡܫܢܐ ܐܘ ܡܫܡܫܢܐ.

ܠܟܗܢܐ ܐܝܟ ܚܐܪܘܬܐ. ܠܐ ܡܫܡܫ ܡܫܡܫܢܘܬܗ.

Serpentem sibi domat tamquam catulum, eamque super lectum suum cubare sinit. Jacet illa, vestes ejus custodiens; in hominem appropinquantem spirat, eumque sicut canis odoratur. Si inter decem vestes ita exploratas unam invenit peregrinam, projicit maxillam suam et mordet portatorem ejus. Sub dominatione 450 homini data intelligendae sunt artes ejus, quae e mente ejus proficiscuntur. Artificia enim omnimoda excogitat, quibus omnia sibi subjiciat. Si autem dominatio prorsus eadem esset ac imago Dei, nulla requireretur prudentia ad dominationem stabiliendam, sed leo sua sponte ad hominem adveniret, seque servitio ejus subjiceret.

Quonam sensu asserendum est angelos libertate 460 praeditos esse, aut quonam exemplo genus libertatis ipsis proprium explicari potest? Si liberum habent arbitrium, necessario etiam in agone constituti sunt; si autem agonem peragere debent, etiam timori subjacent, quia nemo coronatur, nisi post victoriam reportatam. Si angeli liberum habent arbitrium, pugna eorum fine carebit, iique etiam tum in statu suo permanebunt, quando *nostra* libertas jam secura quiescet. Si autem pugna spirituum coelestium simul cum nostra 470 cessabit, tum etiam ascendere debent de conditione sua praesenti ad gradum superiorem. Si autem etiam post resurrectionem nostram in praesenti conditione sua permanebunt, etiam pugna eorum continuabitur, et vice versa si illud non continget, hoc quoque locum non habebit. *Nostrae* libertati promissa est liberatio, qua in resurrectione timorem exuet et corpus 480 gloria vestiet. Dimittet corpus nostrum foeditatem

ܫܡܥܘ ܕܡܫܟܚܐ ܠܟܘܢ ܡܢܐ. ܡܫܬܪܝܐ ܠܟܝ ܚܐܪܘܬܗ.
ܫܡܥܐ ܗܘ ܗܕܐ ܠܡܫܘܕܥܘ. ܕܐܝܬ ܗܘ ܠܟܣܝܐ ܚܐܪܘܬܐ.
ܟܝܢܐ ܕܢܛܥܪܐ ܠܗ. ܐܬܝܗܒܬ ܠܟܝ ܚܐܪܘܬܗ. 530
ܡܢ ܚܟܡܬܐ ܘܡܕܥܐ ܕܢܦܫܐ. ܗܠܝܢ ܕܝܢ ܡܢ ܚܟܡܬܗ.
ܠܐ ܓܝܪ ܡܢ ܚܟܡܬܐ ܕܢܦܫܐ. ܐܠܐ ܡܢ ܕܝܠܗ ܡܢܕܥܐ.
ܐܝܟܢ ܗܟܘܬ ܡܢܗ ܐܠܗܐ. ܕܡܢ ܚܟܡܬܐ ܢܦܩ ܫܦܝܪܐ.
ܘܠܚܘܒܝܢܝ ܐܡܪ. ܕܡܢ ܚܟܡܬܐ ܢܦܩ ܐܝܟ ܕܠܡܫ.
ܐܡܪ ܠܟܘܢ ܠܡܠܟܐ ܡܢ ܚܟܡܬܐ. ܐܝܟ ܟܘܡܪܐ ܡܫܡܫܝܢ ܐܠܗܐ. 540
ܕܟܠܗ ܗܘ ܠܚܘܒܝܢܝ. ܟܡܝܢܐ ܡܟܝܠ ܟܝܢ ܡܟܠܟܐ.
[ܐܝܟ ܗܘ ܐܝܬ ܕܢܦܠ ܠܗ. ܡܠܟܐ ܡܫܡܥܐ ܕܡܠܟܘܬܐ.]
ܘܠܐܪܥܐ ܦܪܐ ܚܟܡܬܐ. ܘܠܫܡܝܐ ܚܝܐ ܡܚܝܢܐ.
ܬܪܥܐ ܠܟܘܢ ܦܬܝܚ ܒܚܟܡܬܐ. ܚܟܡܬܐ ܦܬܚܐ ܠܟܠ ܡܢ.
ܠܒܢܝܫܐ ܗܘ ܦܪܐ ܚܟܡܬܐ. ܕܢܟܢ ܠܐܪܥܐ ܚܡܫܬܗ. 550
ܐܬܢܝܬ ܕܐܝܟ ܠܚܟܡܬܐ. ܠܚܘܒܝܢܝ ܠܐܪܥܐ ܠܟܘܢ.
ܘܟܠ ܒܚܟܡܬܐ ܕܐܝܟ ܬܪܥܐ ܒܪܘܚܢ. ܟܠ ܒܗܘܢܐ ܬܪܥܐ ܦܬܝܚܝܢ.
ܗܘܢܐ ܐܝܟܢ ܒܡܕܐ. ܚܟܡܬܐ ܡܟܝܠ ܦܬܝܚ.
ܕܡܢ ܐܡܪܐ ܕܐܝܟ ܗܘܐ ܠܗ. ܠܟܠ ܒܡܪܬܗ ܕܟܠܡܐ ܀
ܡܠܟ ܕܟܠ ܫܦܝܪܐ.

V. 543—544 in margine additi sunt.

suam; auferetur gravitas nostra, ut volatum velocem recipiamus. Cessabit indigentia nostra, ut libertas nostra suam accipiat mercedem. Non amplius erimus obnoxii passionibus et aegritudinibus, sed similes angelis. Illi igitur angeli, qui victoriam reportaverunt, ad quamnam dignitatem promovebuntur? Libertati 490 pugna necessario adhaeret; si ergo, quando angelis similes facti erimus, novum agonem nobis propositum inveniamus, unde tandem requiem aeternam nobis quaeremus? Attamen res non ita se habet; sed angeli Deum praedicant conscientia nullo agone subjecta, eumque sanctificant voluntate, quae pugna non defatigatur. Semper permanebunt in eo, quem nunc tenent, statu, et justi iis assimilabuntur. Nam ordo angelicus 500 mensura est, ad quam homines lucem aeternam inhereditantes pervenient. Nemo hunc gradum transgredi potest, praeter unicum illum Filium hominis, qui eum transgressus est. Quantalibet enim contentione justus in altum evolet, apud gradum angelorum remanere debet. Quemadmodum aqua, quae ascendit, ut oleum superet, subsistere debet, postquam usque ad superficiem aquae pervenit, ita etiam justus inter angelos remanet. Aqua nec uno digito oleum supersilire po- 510 test; similiter nec homini gradum angelorum transgredi licet. Qui autem asserere voluerit, angelis liberum esse arbitrium, debebit etiam indicare, quae praemia iis promissa sint. Si enim nihil de praemiis eorum scriptum est, etiam de libero eorum arbitrio nihil docet 520 scriptura. Ceterum talibus disputationibus regula fidei nec stabilitur nec laeditur.

homines, ut vos destructos reaedificet. Venite, descendite ad fontem ejus, ut renovationem et virginitatem vestram accipiatis. Tu quoque, qui hanc juvenum cantilenam cantasti nec tamen eâ obtinere potuisti, ut revera virgo fieres, quemadmodum petiisti, veni ad eum, qui facile destruere rursusque aedificare et renovare potest atque senes in juvenes transmutat. Virgines facit ex iis, qui generationi operam dederunt, non membra claudens, sed animam promissionibus sanctitati destinatis. Status conjugalis, si ad sanctitatem revertitur, similis fit oculo, qui aperitur rursusque clauditur, quin ob apertionem suam reprehendatur; non minuitur ob conjugium nec reprehenditur ob copulam. Fides obsignat eum eique virginitatem restaurat. Imperitus, etiamsi malleum aureum in manu teneret, aedificare non posset, sed peritus architecta vel cum trulla lignea aedificium perficere potest. Idiota non scriberet, etiamsi calamum aureum ei porrigeres, sapiens vero vel cum palmite scribere potest. Hoc modo doctor disertae linguae etiam e vocibus peregrinis coetui auxilium spirituale praeparat. Si majestas divina descendit et de grano sinapis locuta est, verbum meum inde non minuetur, quod verbum mundanum consideravit. Etiam medicus peritus, si aegritudo infirmi perseverat, mediis oppositis utitur, ut vulnus sanationem accipiat. Omittit artes a magistris suis traditas et

70 80 90 100

ܡܟܪܙܐ ܗܘ ܕܐܘܡܢܘܬܐ. ܕܐܬܒܠܥܘ ܒܗ ܪ̈ܥܝܢܘܗܝ.
ܘܡܫܡܫܢܘܬܗ ܗܘ ܕܦܐܪ̈ܐ. ܦܪ̈ܝܫܐ ܕܡܫܡܫ ܒܥܘܕܪܢܐ.
ܐܦ ܐܢܐ ܐܪܦܝܬ ܚܒܠܝ. ܘܠܐ ܕܪܫܬܘܢܝ ܡܚ̈ܘܬܐ. 110
ܘܫܘܚܠܦܐ ܡܪܝܡ ܠܡܪܕܘܬܐ. ܒܠܒܘܫܐ ܕܫܘܒܚܬܐ.
ܐܦܪܐ ܫܡܘܫܠܐ ܕܢܦܫܬܐ. ܗܘܐ ܒܗ ܦܓܠܐ ܒܠܒܘܫܬܐ.
ܘܡܬܒܠܥ ܗܘ ܦܓܪܐ. ܘܡܢ ܐܪܥܝܘܬܐ ܠܘܬ ܪܘܡܐ.
ܒܥܘܠܐ ܕܐܘܡܢܘܬܗ. ܒܡܠܬܐ ܕܒܪܝ ܡܥܡܠ ܗܘ.
ܘܒܪܡܙܐ ܕܢܦܫ ܚܝ̈ܐ. ܒܥܘܠܐ ܕܡܐܢܫ ܪ̈ܒܐ ܗܘܐ. 120
ܗܟܢ ܐܦ ܐܢܐ ܕܢܦܫ. ܠܥܘܠܐ ܕܒܠܒܘܫܬܐ.
ܥܠ ܐܡܪܢ ܕܢܫܒܘܩ ܡܪܟܒܗ. ܕܐܦ ܗܘ ܘܚܙܐ ܒܡܫܒܚܬܗ.
ܢܦܫܝ ܚܘܠܡܢܐ ܪ̈ܒܐ ܗܘ. ܕܐܦ ܒܗ ܫܠܚܗ
ܬܪܘܨ ܒܗ.
ܘܢܦܫܝ ܒܠܒܘܫܬܐ ܪ̈ܒܐ ܗܘ. ܕܐܦ ܒܦܓܪܐ ܚܙܬ
ܡܪܟܒܗ.
ܒܐܡܪܬܐ ܐܠܗܝ ܕܢܫܒܘܩ. ܘܡܬܬܠܝܐ ܒܗ ܒܠܒܘܫܬܐ. 130
ܐܝܟ ܕܡܢ ܠܡܥܗܕ ܚܝ̈ܐ. ܡܬܬܒܥܐ ܕܢܫܒܘܩ ܒܗ.
ܡܬܒܥܝܐ ܗܘ ܡܠܬܐ ܕܫܘܩܬܐ. ܕܬܚܬܐ ܠܥܠܡܐ ܒܠ
ܡܪ̈ܟܒܝܢ.
ܘܬܡܠܟܘܢ ܒܟ̈ܠܐ ܠܥܒ̈ܕܐ. ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܫܡܝܢܘܬܐ.
ܢܦܩܝܢ ܒܠ ܬܪܥܝܢ. ܠܗܘܢ ܡܬܬܠܬܠܗ ܕܡܫܝܚܐ.
ܕܒܠ ܡܟܬܒܐ ܕܫܒܝܠܐ ܒܡܪܒܝܢ. ܦܬܓܡܝܢ ܠܗ ܒܬܫܡܫܬܗ. 140
ܡܬܚܙܝܐ ܗܘ ܒܗܕܐ ܗܝܡܢܘܬܐ. ܕܐܝܟܢܐ ܡܢ ܟ̈ܠܐ
ܕܠܒܝ.
ܘܬܒܘܥ ܐܠܗܐ ܒܡܠܬܗ. ܕܒܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡ ܠܗܘܢܝ.
ܐܦ ܒܡܫܒܚܬ ܡܠܟܐ ܗܘܬ. ܡܐܠܬܐ ܕܒܗ ܬܫܒܘܚ ܗܘܬ.

106) Fortasse ܕܐܬܒܠܥܘܗ.

interdum in mediis oppositis auxilium contra dolores invenit. Sic ego quoque scientiam meam et sermonem a sanctis educatum neglexi et poetam ad virginitatem 110 confirmandam in medium advocavi. Cantus, qui alias pudori adversari solet, mihi factus est operarius pudoris, quia animus pro sua libera potestate e cantilena poenitentiam imbibere potest. Chirurgus ob suam prudentiam plenam potestatem habet quaelibet faciendi, et aegroto vitam amanti placent ligaturae, quamquam 120 ipsum dolore afficiunt. Eodem modo etiam ille, qui laudes virginitatis amat, exultat et gaudet, quotiescunque aliquid de ea audit. Qui sanationem amat, libenter etiam ab inimico suo auxilium accipit; et qui virginitatem amat, etiam in cantu laudem ejus percipere vult. Si audit virginitatem in cantilena praedicatam, 130 inde non minus confortatur ad perseverandum in puritate, quam e lege vivifica. Potens est verbum veritatis, ut omnia ad jugum suum adducat et peregrinis quoque vocibus ad fidem excolendam utatur. Captivas ducimus omnes sententias sub praedicatione Christi, itaque omne verbum, quod ad aedificium nostrum adhiberi 140 potest, narrationi nostrae inserimus. Fides scilicet etiam e sermonibus extraneis sibi aliquid decerpere et sub linguam suam subjugare potest, ita ut aedificium spirituale progrediatur. Balaamum quoque arripuit sibi justitia, ut per ipsum operaretur, et subjugavit eum sub verbum

ܘܡܢ ܡܘܫܐ ܗܘܐ ܩܒܠܗ. ܒܠܡܢܐ ܕܩܝܡܬܐ.

150 ܡܢ ܡܟܐܢܐ ܗܘܐ ܕܫܡܝܐ. ܢܦܫܗ ܗܘܬ ܠܫܘܬܐ.

ܠܒܝܬܗ ܫܠܡܘܬܐ ܕܪܘܚܐ. ܕܢܦܩ ܐܠܝܢ ܕܠܝܬ.

ܐܒܘܟܐ ܗܘܐ ܕܣܗܕܘܬܐ. ܘܣܗܕܘܬܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.

ܕܫܡܥ ܠܐܪܥܐ ܒܪܩܝܥܐ. ܠܡܠܟܘܬܐ ܕܢܦܫܗ ܡܢ ܡܫܝܚ.

ܟܠ ܬܡܝܡ ܢܗܘܐ ܥܡܗ ܠܗ. ܡܫܡܫܢܐ ܠܟܢܫܐ ܐܢܫܘܬ.

ܟܠ ܢܗܘܐ ܕܫܠܡ ܡܫܡܫܐ. ܘܟܠ ܢܗܘܐ ܡܩܕܫ ܒܟܠܝܘܡ.

160 ܐܢ ܒܡܫܡܫܢܐ ܐܫܬܪܪ ܗܘܐ ܠܗ. ܘܒܬܪܗ ܗܘܐ ܠܗ
ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ.

ܘܡܫܒܚܢܐ ܒܫܒܚܐ ܠܥܠܡ. ܒܡܠܟܘܬܐ ܘܡܫܝܚܘܬܐ.

ܘܟܠܝܘܡ ܡܢ ܪܘܚܐ ܐܫܬܪܪ ܗܘܐ. ܘܡܫܡܫܐ ܡܫܡܫ ܡܢ
ܡܫܪܢܐ.

ܒܟܠܝܘܡ ܕܐܬܪܘܗܝ ܕܠܥܠܡܗ. ܘܡܟ ܡܫܡܫ ܠܗ
ܒܪܘܚ ܢܗܘܐ.

ܐܒܘܟܐ ܕܪܘܚܐ ܡܫܡܫܐ. ܘܕܡܢܐ ܪܒܢܐ ܒܟܠܝܘܡ.

170 ܗܘܐ ܐܡܪܐ ܕܠܬܡܗܘܢ. ܕܚܙܐ ܪܘܚܐ ܒܗܘܢ ܐܡܪܬ.

ܪܒ ܕܝܢ ܡܫܡܫܐ ܡܢ ܒܟܠܝܘܡ. ܘܡܫܡܫ ܐܝܟ ܡܠܐܟܐ
ܡܫܘܒܚܐ.

ܠܐ ܗܘܐ ܡܟܐܢ ܢܦܫܗ ܗܘܬ. ܠܫܘܬܐ ܠܐܒܘܢܐ.

ܡܠܝܐ ܗܘ ܕܒܪܝܬܗ ܕܠܐܡܪ. ܒܫܪܒܐ ܠܟܠ ܡܫܡܫ.

ܐܠܐ ܐܢܐ ܠܐܡܪܐ. ܗܘܐ ܗܘܠ ܕܡܟܠܟܠ ܐܢܫܝ ܒܗ.

180 ܐܝܟ ܕܠܒܟܠܝܘܡ ܐܢܫܝܬܗ. ܕܐܢܫܐ ܒܗ ܒܫܠܡܘܬܐ.

ܡܢ ܕܝܢ ܠܒܪ ܫܠܡܘܢ ܒܟܠܢܫ. ܘܒܫܠܡܐ ܡܟܢܫܝܢ
ܠܒܝܬܗ.

ܗܢܐ ܪܒܢܐ ܐܝܠ ܗܘ. ܐܦ ܠܫܡܝܢܐ ܒܥܠ ܐܒܝܡ.

64) Cod. ܒܫܡܫܐ.

prophetiae, quamquam hariolus erat. Divinitas eum attraxit, quamquam vas diaboli erat, fecitque eum 150 canalem Spiritus Sancti, ut loqueretur necessaria. Hanc fistulam peccati Spiritus Sanctus sibi arripuit, ut cum cantu obviam iret sponsae suae, quae ex Aegypto egressa erat. In duobus cacuminibus montium constituti erant citharoedi filiae Abraham, nempe Moyses in monte Sinai et Balaam in montibus Moab. Aer 160 tonitribus cantabat ei, fulgura ei pro lampadibus erant, cornua inflexa rectaque in deserto habebat. Balaam cecinit de longinquo, Moyses jubilavit de propinquo. Balaam, qui ad maledicendum sponsae conductus erat, in cacumine montis constitutus glorificavit eam. Moyses quidem erat fistula aurea, Balaam fistula calami quas- 170 sati, sed cantus utriusque aequi valoris erat, quia idem spiritus in utroque canebat. Attamen Moyses major est quam Balaam, et hariolus contemptibilis sicut calamus. Nullo modo Divinitati complacuit in fraudulento, sed ideo tantum eum sibi conduxit, ut filiis Jacob benedictiones caneret. Sic nec ego cantum illum desidero, in quem sermonem meum infusurus sum, sed utor 180 eo, tamquam prophetia Balaamo, ut eo virginitatem laetificem. Haec sententia: Utinam quis me destructum reaedificare et denuo virginem facere posset, communis est omnibus suae jacturae consciis cujuscunque conditionis. Ille quoque, qui in senectute prudenter ad

ܐܦ ܐܣܝܐ ܕܡܫܡܫܘܬܐ. ܡܫܡܫܢܐ ܠܡܪܘܡܝܢܐ
ܠܡܪܘܡ.
ܘܠܡܐܘܪ ܕܝܢ ܐܘܪܓܐ. ܘܡܚܝܢ ܠܝܬܐ ܠܡܠܡܠܡܝܐ. 190
ܡܐ ܕܙܪܐ ܚܘܒܐ ܕܢܦܫܐ. ܘܐܬܦܫ ܐܦ ܒܦܘܠܓܐ.
ܘܐܫܠܡ ܡܐ ܕܐܬܡܚܐ. ܕܒܠܡܘܬܐ ܢܫܡܐ ܗܘ.
ܗܝܕܝܢ ܐܦ ܗܘ ܚܦܠ ܠܗ. ܢܚܬܐ ܠܡܐܬܡܢ ܗܘܝ.
ܥܡ ܕܝܢ ܠܟܠ ܫܠܘܬ ܘܒܠܠܝܟ. ܘܒܠܘܐ ܡܠܝܪܘܬ
ܠܟܘܠܗ.
ܕܐܪܗܛ ܗܘܐ ܒܡܠܘܟܘܬܐ. ܘܐܫܐ ܠܪܝܫܗ ܒܟܠܐ. 200
ܘܟܠܐ ܚܝܐ ܡܡܫܚ. ܕܢܦܫܐ ܡܟܠܐ ܡܡܠܐܟܬܐ.
ܘܗܘ ܕܒܫܪܬܗ ܒܟܠ ܐܘܠܗ. ܒܠܘܬ ܢܦܫܐ ܡܡܫܚ ܠܗ.
ܘܗܘ ܕܐܘܟܡ ܕܝܢ ܛܠܡܘܬܐ. ܡܢܐ ܠܗ ܡܢ ܫܒܘܬܐ.
ܫܘܐܐ ܟܠܗ ܟܠܢܐ. ܐܝܟ ܠܗ ܠܒܘܐ ܕܐܬܡܠܟܬ.
ܐܦ ܒܡܦܩܢܐ ܡܝܬܐ. ܐܦ ܒܗܘ ܚܛܐ ܕܐܘܝܬܐ. 210
ܐܦ ܠܐܟܬܠܐ ܐܢ ܠܗܘܐ. ܦܬܐ ܡܟܠܐ ܒܡܟܠܟܬܗܘܢ.
ܐܘ ܡܢ ܡܘܡܪܐ ܕܡܫܡܫܬܐ. ܠܡܚܪܘܢ ܕܒܢܪܗܘܢ.
ܗܝܕܝܢ ܡܠܟܠܝܢ ܠܡܫܡܠܐ. ܚܠܦ ܡܫܘܬܐ ܚܝܠܐ
ܠܚܠܡܘܬܐ.
ܕܡܐܣܩܝܢ ܐܠܗ ܡܬܩܢܐ. ܕܒܐܠܗܘܬܐ ܛܒ ܡܢ ܡܘܬܐ.
ܣܡܡܐ ܒܪܝܟܘ ܩܠܒ. ܛܒ ܡܢ ܐܣܝܐ ܕܗܕܝܘܛܐ. 220
ܘܡܠܠܗ ܡܐܪܝܟ ܫܪܝܬܐ. ܐܝܟ ܕܡܟܡܠܐ ܕܡܪܝܢܐ.
ܡܟܠܠܐ ܗܘ ܐܣܝܗ ܕܝܘܡܐ. ܛܒ ܡܢ ܦܘܡܐ ܕܗܕܝܘܛܐ.
ܘܛܒ ܡܢ ܟܠܝܘ ܕܫܠܐ. ܒܪܡܐܘܗ ܡܩܡܠ ܣܡܡܐ.
ܐܦ ܠܐܣܝܘ ܡܟܠܐ ܐܝܠ ܠܗ. ܘܟܠܡܠܗ ܐܦ ܠܬܪܘܝܐ.
ܒܗܘܪܡܐ ܕܒܠܐ ܡܟܠܐ. ܡܟܠܠܗ ܦܪܝܐ ܘܡܩܡܫܐ. 230

sigillum baptismatis accedit et post vitam diu in conjugio protractam demum ad doctrinam pervenit, si 190 agmina castorum videt, virgines contemplatur intelligitque post sanctificationem suam, virginitatem esse statum principalem, tum et ipse animum suum inducit ad talia loquendum: Utinam quis me destructum reaedificare et denuo virginem facere posset, ut ego quoque virginitatem sectarer et gradu supremo dignus redderer! 200 Sed ipso hoc dolore rem illam praestantissimam acquirere et, quod suo tempore amisit, poenitentia recuperare potest. Quod in juventute perdidit, in senectute rursus acquirit. Multifarie, vel in sancto ordine monastico vel in statu conjugali, haec cantilena applicari potest. 210 Anachoretae, si paululum a laboribus suis quiescunt aut sancta opera eorum ob pondus senectutis aliquantulum minuuntur, et ipsi coguntur, ut pro morte vires juventutis sibi optent; morti enim merita justitiae praeferunt.

Sapiens melius scribit pede, quam idiota manu. 220 Nova profert non solum ex assidua lectione, sed etiam in somno. Manus docti disertior est ore insipientis, et sapiens nutu melius loquitur, quam stultus lingua. Ipsae manus ejus sermonem et oculi ejus explicationem habent. Oratio ejus per sola membra ejus sine voce currit et persuadet. Somnus ejus plus lucis affert, 230

ܕܡܫܡܫܬܗ ܠܢܘܗܪܐ ܗܘ. ܡܢ ܒܘܪܬܐ ܕܐܣܝܪܬܐ.
ܕܟܐ ܕܕܡܢ ܟܠܗ ܥܠܡܐ. ܩܛܠܐ ܡܫܬܝܐ ܕܨܒܥܝܐ.
ܡܢ ܕܕܪܐ ܒܐܝܕܗ ܡܫܡܫܢܐ. ܒܪܡܫܗ ܡܫܡܫܐ ܐܝܟ
ܕܒܫܘܡܠܐ.
ܘܒܗܕܡܐ ܕܠܐ ܡܫܡܫܢܐ. ܡܟܠܬܐ ܡܥܒܕܠܐ ܕܝܕܥܬܐ.
ܗܟܢܐ ܒܟܠ ܦܘܐܡܝܐ. ܒܓܠܝܐ ܘܟܠܐ ܠܟܠܐ. 240
ܐܡܬܝ ܕܬܐܡܪ ܝܕܥܬܐ. ܡܫܬܥܝܢܐ ܕܪܘܚܢܝܬܐ.
ܠܐ ܡܫܬܘܐ ܕܡܢ ܚܟܡܬܐ. ܘܐܝܟ ܕܠܐ ܕܡܢ ܠܐ ܦܫܛ.
ܒܡܪ ܗܘ ܒܡܫܬܠܡܘ ܘܠܐ ܦܠܐ. ܘܚܝ ܗܘ ܒܡܫܬܘܬܗ
ܘܠܐ ܒܦܠܓܐ.
ܟܠ ܗܟܝܠ ܡܟܢܐ ܝܕܥܬܐ. ܕܟܠܗ ܟܠܗܘܢ ܙܒܢܐ ܕܟܠܗܐ.
ܟܠ ܫܡܫܐ ܠܐ ܡܟܠܐ. ܕܟܠܗ ܟܠܗܘܢ ܡܟܠܐ ܒܫܘܠܡܐ. 250
ܡܝܕܗ ܕܗܟܢܐ ܘܫܡܝܪܐ. ܡܢ ܦܓܪܗ ܟܠܗ ܠܐ ܠܦܦ.
ܘܗܐ ܕܡܟܝܠ ܗܘܐ ܠܦܓܪܗ. ܗܘܐ ܟܠܗ ܡܫܡܫܐ ܕܠܐ ܙܒܢܐ.
ܟܠܗ ܡܢܗ ܘܟܠܗ ܡܢܗ. ܕܟܠܗ ܦܓܪܗ ܕܡܝܕܗ
ܚܘܫܒܘܗܝ.
ܠܫܡܫܐ ܕܝܢ ܠܐ ܙܢܝܐ. ܕܡܫܡܫܬܐ ܐܝܟ ܕܟܫܐܠܐ.
ܟܕ ܡܫܬܒܠܐ ܒܝܕܗ. ܡܢ ܒܪܘܚܐ ܠܒܝܫܬ ܠܗ. 260
ܡܢ ܡܫܬܦܠܠܝܢ ܒܟܠܗܘܢ. ܡܢ ܦܬܟܐ ܒܢܘܪ ܠܗ.
ܟܕ ܦܢܝܢ ܚܝܠܐ ܕܚܝܠ ܠܗ. ܡܒܝܐ ܠܗ ܙܥܪܐ
ܒܐܠܗܘܬܗ.
ܡܟܠܐ ܚܕܝܐ ܕܒܟܠܗ. ܠܐ ܡܢܐ ܠܠܗܐ ܡܕܡܢ ܠܗ.
ܟܕ ܢܗܝܪ ܗܘܢܐ ܒܠܒܘܗܝ. ܡܢ ܚܟܡܐ ܘܡܠܐ ܘܟܠܐ.
ܡܕܡܢ ܠܗ ܙܥܪܐ ܘܠܗܝܐ. ܘܕܠܝܡܢ ܠܐ ܚܘܒ ܠܗ. 270

quam vigilia aliorum; quando enim dormit, penetrat et perscrutatur parabolas occultas, quae in libris continentur. Quodcunque occurrit, per manum ejus loquitur; nutu persuadet sicut ore. Per membrum mutum loquitur verbum sapientiae. Hoc modo etiam inveni sapientiam canentem doctrinam sanctitatis per vocem 240 poetae lubrici et incesti. Nunquam dormit sapiens, immo quemadmodum non dormit, nec moritur. Vigilat in somno suo nec quiescit; vivit in morte sua nec evanescit. Super stultos moratur somnus, quia interius non moventur ad quaerendam salutem; super sapientes vero non residet, quia nunquam a doctrina cessant. 250 Mens stulti et insipidi nunquam e corpore egreditur ideoque fit immobilis et quasi mortua, quando somnus corpori ejus appropinquat. Nullam jam habet cum rebus extraneis commercium, quia cogitationes ejus una cum corpore ejus dormiunt. Sapientem autem somnolentia non totum capit, sicut stultum. Etiam dum recolligitur intellectus ejus a creaturis, in luce clarescit. Dum meditationes ejus cohibentur a regionibus terrae, 260 illuminatur. Dum mortificationes consuetas exercet, perculerunt eum splendores matutini. Verbo, lucerna illa, intra ipsum ardente, nec nox eum sopire potest. Donec tandem mens ejus alas suas a mari, terra, omnibusque retrahit, jam aurora et vespera eam sopire studuerunt, sed ipse ei somnum non permisit. 270

ܗܘ ܦܘܠܘܣ ܕܐܡܪ ܗܘܐ. ܕܒܬܘܠܐ ܡܬܝܠܕ ܢܗܘܐ.
ܕܢܩܘܡ ܠܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܡܬܒܥܐ. ܕܢܗܘܐ ܕܢܩܦ ܡܟܠܗ.
ܡܢ ܕܝܢ ܠܟܠ ܫܬܘܩ ܘܡܠܟ. ܘܒܬܘܠܐ ܡܬܝܠܕ
ܠܚܘܒܗ.
ܢܗܪܐ ܕܢܚܡܬܗ ܕܟܠܗ. ܘܕܬܬܢܝܚܐܝܬ ܫܦܝܪ ܗܘܐ.
ܫܟܠܗ ܦܘܡܐ ܚܕܐ ܗܘܐ. ܠܐ ܕܢܥܒܕܘܢ ܥܡܗ ܦܠܓܘܬܐ. 280
ܐܠܐ ܕܢܫܠܡ ܘܢܫܟܢ. ܬܘܕܝܬܐ ܕܢܩܪܒ ܡܟܠܗ.
ܒܡܟܠܬܗ ܢܣܒܬܗ ܠܟܢܫܗ. ܘܡܢܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܒܢܘ ܐܪܥܐ.
ܕܒܫܪܫܘܬܐ ܠܫܠܡܘܬܐ. ܡܬܬܐܡܪ ܗܘܐ ܕܢܬܒܪܟ.
ܒܟܠܟܘܡܐ ܚܪ ܗܘ ܕܟܬܝܒ. ܦܩܕܘܗܝ ܠܬܪܝܨܘܬܐ.
ܒܗܕܐ ܐܬܬܐܝܪ ܘܐܬܢܨܚ ܗܘܐ. ܡܘܗܒܬܐ ܕܒܡܬܠܡܘܬܗ. 290
ܬܗܘܐ ܕܝܢ ܗܕܐ ܕܡܫܚܬ. ܕܒܗܝ ܡܠܟܬܐ ܠܡܫܝܚ.
ܚܠܦ ܕܢܚܡܬܗ ܟܕܐ. ܕܐܬܚܙܝܬ ܠܢܥܒܕ ܒܗ.
ܠܬܘܡܡܘܗܝ ܦܘܡܝܐ ܡܟܠܐ. ܕܢܥܒܕ ܡܢܢ ܡܢ ܢܗܘܘܢ.
ܡܛܠ ܦܪܨܘܦܗ ܦܘܡܐ ܐܠܐ. ܕܐܬܪ ܐܢܘܢ ܟܟܠܐ.
ܟܠ ܫܟܠܗ ܒܡܟܪܐ ܢܗܘܐ. ܕܐܠܐ ܗܘܐ ܠܡܟܪܐ ܕܡܫܒܚܬܐ. 300
ܡܢܐ ܕܒܟܠܐ ܒܚܡܬܗ ܕܢܘܨܐ. ܘܟܠܗ ܒܗ ܫܟܠܐ
ܒܝܫܒܐ ܗܘ.
ܘܐܝܟ ܕܢܗܘܪ ܘܢܚܫ. ܘܡܬܬܟܠܐ ܒܗ ܫܒܘܬܐ.
ܡܢܐ ܕܢܛܪ ܒܫܘܒܐ ܕܟܠܗ. ܘܒܝܢܪ ܫܟܠܐ
ܒܡܘܗܒܬܗ.
ܘܚܕܐ ܕܢܚܒ ܠܗ ܐܘܪܐ. ܘܐܬܚܪܡ ܠܗ ܒܪܢܐ.
ܡܢܘܬܗ ܡܢܐ ܕܢܣܐ. ܢܟܬܐ ܕܚܘܟܠܝ ܡܟܠܡܬܐ. 310
ܕܟܠܗ ܡܢ ܒܬܪܗ ܠܒܢܝܬܐ. ܘܫܚܪ ܡܟܠܗ ܐܪܕܝܗ.

Poeta ille, qui flagitavit ut iterum virgo fieret, ideo cecinit: Utinam quis me destructum reaedificaret et virginem denuo faceret, ut reverteretur ad elementa infirma juventutis, quae ab eo evanuerat. Petiit, ut ignis exstinctus juventutis refocillaretur. Vires priores quaesivit, non ut iis justitiam coleret, sed ut iterum 280 voluptates exerceret, quae ab eo aufugerant. In verbo ejus vidi mentem ejus, et vox ipsius redarguit eum in auribus meis, quod vitam suam iterum in vanitate transigere desiderabat. Videns corpora juvenum ad lasciviam excitata, commotus est, ut sibi dies virginitatis suae peteret. Poenitens vero, cui hoc verbo uti 290 placet, ideo vires juventutis sibi poscit, ut iis justitiam exerceat. Deflet dies praeteritos, inutiliter sibi elapsos, et lamentatur de fructibus prioribus, quos turbo dejecit. Ingemiscit de robore suo primitivo, quod primitiae ejus non sacratae sint Domino. Quando 300 in senectute sua jejunare desiderat, sed vires seniles ad id jam non sufficiunt; quando vigiliis et divinis laudibus operam dare studet, sed pondere senectutis impeditur; quando animus ejus in charitate vigilat, sed vis membrorum exigua est; quando sibi viaticum bonorum operum parare vult, sed ob brevitatem temporis residui jam non valet; praecipue vero quando videt adolescentes summo zelo laborantes, qui post ipsum in mundum 310 intraverunt, sed plus ipso operati sunt, quorum menti

ܕܬܪܥܝܬܐ ܡܫܥܒܕܐ ܡܢ ܠܒܗ. ܡܬܢܢܐ ܡܢ ܠܒܪ
ܝܠܝܕܬܐ.
ܪܒܬܐ ܩܘܫ ܕܠܝܘܬ. ܘܩܛܪܐ ܡܠܟܘ ܦܢܝܬ ܠܗ.
ܘܦܝܫ ܟܐܦܐ ܐܝܟ ܡܫܒܚܘ. ܠܡܫܪܘܢ ܠܡܫܘܢ ܘܠܐ
ܡܫܒܚ.
ܕܦܪܫ ܠܗ ܣܒܠܗ ܡܢܗ. ܒܝܘܡܐ ܕܣܒܐ ܘܐܬܦܪܩ. 820
ܡܢ ܬܡܢ ܡܛܦܪܐ ܠܡܕܒܪܐ. ܐܝܟ ܬܘܪܐ ܣܒܠܗ ܘܐܡܪ.
ܡܢ ܕܝܢ ܒܢ ܫܠܘܠ ܘܒܠܠܢ. ܘܒܫܘܠܐ ܡܬܢܦܩܝܢ
ܠܒܘܠܢ.
ܒܗܠܐ ܕܝܢ ܣܡܐ ܕܡܠܐ. ܡܫܬܘܕܥ ܠܟܠ ܙܘܗܝܐ.
ܘܗܘܐ ܣܒܪܐ ܒܫܘܠܗ. ܠܒܫܘܠܐ ܘܠܡܝܬܐ.
ܟܝ ܠܐ ܡܬܪܣ ܟܠܢܝ. ܠܠܡܒܢܐ ܢܘܪܐ ܠܒܪ ܠܝ. 830
ܟܝ ܠܒܢ ܠܝ ܗܪܡܢ. ܕܒܝ ܠܝ ܐܬܪܐ ܒܡܠܠܡܬܐ.
ܟܝ ܠܒܪܐ ܠܝ ܝܠܝܕܬܐ. ܚܘܝܠ ܠܗ ܡܠܠܐ ܠܫܒܚܬܝ.
ܟܝ ܠܐ ܡܢܝܫ ܦܪܣܦܝ. ܦܫܘܫܘܫ ܝܬܒܝ ܠܩܛܪܐ.
ܐܬܪܐ ܒܫܡܐ ܕܡܪܕܝܬܝ. ܚܝܘܗܝ ܡܢ ܒܬܪܝ ܠܝ
ܠܒܪ ܐܠܗ.
ܐܘܢܐ ܕܚܡܝܐ ܘܠܘܚܐ. ܐܪܥܐ ܠܟܘܒܐ ܕܫܒܚܬܝ. 840
ܕܡܐ ܕܠܒܗ ܒܟܝܐ ܠܝܠܕܘܬܐ. ܬܟܬܐ ܘܠܐܢܐ ܫܒܚܬܐ.
ܟܝ ܠܐ ܦܢܝܐ ܝܠܝܕܬܝ. ܟܠ ܡܢ ܐܒܘ ܒܫܡܝܐ.
ܟܘܪ ܡܬܪܘܬܐ ܪܚܡܬܐ. ܡܢ ܗܬܐ ܕܠܠܡܬܝ.
ܟܝ ܠܐ ܡܬܦܪܫ ܣܒܠܝ. ܒܒܘܫ ܒܠܠܝܒܒܐ
ܕܝܠܘܒܠܝ.
ܕܠܐ ܐܡܬܫ ܕܠܪܫܝ ܣܒܠܝ. ܠܬܪܘܪܒ ܠܗ ܢܦܫܝ. 850
ܗܟܐ ܕܡܒܠܠܫ ܠܗܠܝ. ܘܗܕܡܝ ܐܝܟ ܣܠܐ ܡܠܠܐ.
ܫܡܥ ܐܒܢܝ ܟܠ ܦܪܘܫܐ. ܕܐܒܘܢܐ ܒܗ ܬܟܒܝ ܠܝ.

ab intus ad bona opera adhortanti juventus ab extra respondet, animaeque jejunium desideranti corpus collega obedit, — tum tamquam Samson aequum cum illis cursum tenere conatur, sed non potest. Nam robur ejus blanditiis Hevae defecit et diminutum est. 320
Inde incipit requirere vires suas, tamquam tauri, et ait : Utinam quis me destructum reaedificare et virginem denuo facere posset! Hoc ipso autem dolore, quem experitur, ascetis conjungitur et poenitentia sua socius virginum et continentium efficitur. O juvenis, praepara tibi viaticum, antequam breve tantum tibi superest tempus; merere tibi locum in regno 330
coelorum, dum membra tua adhuc tibi obediunt; necte coronam senectuti tuae, dum adhuc juventus te adjuvat. Abscinde calcar tuum jam diu, antequam discalceaberis! Duram regionem incolatus tui projice post tergum tuum, dum adhuc vigilas! Mansionem pacis et quietis reserva tempori senectutis tuae! Si 340
enim juventus labores ferre recusaverit, senectus inde molestias et afflictiones patietur. Antequam evanuerit juventus tua, collige fructus ejus dulces, exprime mustum optimum e vite adolescentiae tuae! Antequam dispersum erit robur tuum, subjuga hostem, qui tibi obsistit, ne forte, viribus tuis exhaustis, adversarius tuus praevaleat! Nunc, dum adhuc integra est forti- 350
tudo tua membraque tua robur regis habent, dirige faciem tuam versus paradisum, ut tibi in eo palatium

ܕܡܢ ܬܡܢ ܬܗܘܐ ܡܬܝܕܥ ܐܠܗܐ. ܒܡܫܝܚܐ ܘܒܗ ܬܬܒܣܡ.
ܕܢ̇ܬܒܣܡ ܗܘ ܠܥܠܡܝܢ ܐܬܒܪܝ. ܠܦܘܡܐ ܡܬܡܬܡܐ
ܦܪܕܝܣܐ.
360 ܗܘܐ ܒܗܝ ܕܗܘܐ ܕܝ̈ܢܐ. ܘܡܛܠܗ ܡܬܩܝܡܝܢ ܟܠ ܐܢܫܐ.
ܡܬܝܠܕ ܬܘܒ ܬ̈ܠܡܝܕܝܢ ܡܫܠܡܝܢ. [ܘܠܥܠܡܝܢ ܢܩ̈ܒܠܘܢ
ܚܝܐ ܗܘ̇.]
ܠܗ ܡܛܠܗ ܒܥܠܡܐ ܕܢܘܗܪܐ. ܠܒܪ ܡܛܠܗ ܒܥܠܡܐ ܕܗ̈ܘܐ.
ܒܥܠܡܗܘܢ ܡ̇ܢܬ ܐܒܪܬ ܘܡܬܝܕܥ. ܟܠ ܬܫܠܡܘܬܗ ܕܥܠܡܐ.
ܡܬܝܕܥܐ ܗܘ ܢܡܐ ܘܕܫܒܚܐ ܠܗ. ܒܒܠܒܘ̇ ܬܬܒܣܡ
ܡܫܦ̇ܝܐ.
370 ܘܐܝܟ ܕܒܬܪ̈ܒܥܝܢܐ ܣܓܝ. ܒܗ ܡܠܐ ܘܒܗ ܡܠܝܐ.
ܠܗ ܕܠܐ ܒܟܠܗܘܢ ܒܥܠܡܐ. ܘܒܪܝܬܗ ܣܓܝܐܝܢ ܠܐܒܪܗܡ.
ܢܫܐ ܠܟܠ ܡܢ ܒܠ ܗܕܡ. ܘܦܪܕܝܣܐ ܒܪܘܡܐ ܕܬܬܒܣܡ.
ܐܒܐ ܕܝܢܐ ܒܗ ܫܡܫܗܘܢ. ܕܡܐ ܠܪܒܐ ܕܫܒܚܬܐ.
ܘܒܢܝܐ ܦܐܪ ܣܓܠܗ. ܐܝܟ ܕܢܘܪܐ ܒܡܝܕܥܐ.
380 ܢܦܩܬ ܫܡܫܗܘܢ ܒܠܒ ܕܝܢܐ. ܘܠܐ ܒܠܫܢܗܘܢ ܣܓܝܐ
ܠܒܝܫܝܢܐ.
ܢܘܪܐ ܫܡܫܬܐ ܒܪ̈ܝܐ. ܘܠܗܘܢ ܒܗ̇ ܣܓܝܐ ܠܗܡܬܪ̈ܢܐ.
ܕܠܐ ܡܬܦܢܝܢ ܠܗ ܣܓܝ. ܐܝܟ ܕܦܠܓܐ ܒܡܝܕܥܐ.
ܦܠܘܣ ܒܗ ܘܡܬܪܘܡ ܡܬܬܪܝܗ. ܕܡ ܠܐܪܐ ܠܗ ܡܢ ܕܝܢܝ.
ܠܐ ܬܬܐ ܠܟܠܘܬ ܠܥܡܐ. ܒܐܒܢܐ ܕܠܒܫ ܒܗ ܦܓܪܐ.
390 ܠܐ ܡܢܐ ܕܒܥܙ ܠܗ ܐܒܢܐ. ܗܝܕܝܢ ܬܫܬܐ ܢܦܫܬܐ.
ܐܢܐ ܒܫܘܡܠܗ ܐܡܪܐ ܗܘ. ܘܕܠܐ ܒܫܘܡܠܗ ܡܫܡܠܝܬܐ ܗܘ.
ܕܡܐ ܕܡܢܝܚ ܠܗ ܐܦ ܬܢܫܡܘܬܗ. ܕܟܪܐ ܠܡܥܢܝ ܟܪܝ ܐܠܗܐ.
ܕܝ ܠܐ ܡܬܬܦܢܝ ܦܘܠܚܢܝ. ܦܪܘܫ ܠܐܠܗܝ ܡܦܪܫܐ.

---

[362] Versum hunc e conjectura supplevi.

pares, unde prospicias in coelum et in terram! Paradisus enim utrumque locum, et altitudinem et profundum, excipit. Specula justorum est, e qua in terram prospiciunt. Inter duos mundos constitutus est, intra 360 habens mundum lucis, extra autem mundum miseriae. In ipso stat Abraham, videns cruciatum divitis. Qui hanc turrim altissimam ascendit, totum orbem terrarum contemplari potest cernitque mare et terram, tamquam segetes. Ad illum dives oculos elevavit viditque Abra- 370 ham in summitate ejus. Caput omnibus membris superpositum est, et paradisus est excelsior orbe terrarum. Tempus, quo tonsus erat Samson, simile est tempori senectutis; nam robur senis eodem modo minuitur, ac robur nazaraei novaculâ. Minatus est Samson post tonsuram suam, sed robur non jam respondit praeclaro animo. Senectus verba tantum 380 profert, sed deficit vis ad utilia perpetranda. Operare igitur in robore tuo et exhauri usum ejus, antequam eripiatur tibi, sicut vis herois novaculâ, ne te postea relinquat! Noli nimis sero ad poenitentiam venire, quando non jam ad maturitatem perduci potes! Si tempus praeteriit, ficus pretiosa fieri jam nequit. 390 Fructus suo tempore laudatur, alias contemnitur; si durum affers, Dominum tuum contumelia afficis. Antequam racemantur uvas tuas, exhibe sacrificium Deo tuo! Dum fructus tui saporem continent, offer eos,

ܟܕ ܚܙܐ ܝܘܡܢܐ ܒܐܝܕܝ. ܡܙܡܢܝܢ ܗܘܘ ܦܓܪܐ.
ܟܕ ܠܐ ܡܫܬܠܛ ܐܠܐ ܕܢܐܡܪ. ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܡܠܟܘܬܐ. 400
ܕܡܢ ܕܝܢ ܠܟܠ ܫܠܛܢܐ ܘܫܠܛܢ. ܘܫܘܠܛܢ ܡܫܠܛܝܢ
ܠܟܠܗܝܢ.
ܐܘ ܕܐܬܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܐܫܬܠܛ ܥܠ ܪܘܚܢܝܬܐ.
ܗܢ ܡܢ ܕܐܬܐ ܗܕܡܘܗܝ. ܕܢܗܘܐ ܐܠܗܐ ܠܥܠܡܐ.
ܗܐ ܡܫܝܚܐ ܫܠܝܛ ܘܡܠܟ. ܘܫܘܠܛܢ ܡܫܠܛܝܢ ܠܟܝܢ.
ܐܝܟ ܪܘܚܢܝܐ ܒܐܝܩܪܐ. ܘܢܘܗܪܐ ܒܢܘܗܪܘܬܐ. 410
ܠܥܠܡ ܥܠܡܐ ܒܫܘܒܚܗ. ܡܠܐ ܪܘܚ ܠܩܘܠܝܬܐ.
ܘܡܫܬܒܚ ܐܦ ܡܫܬܪܪ. ܠܥܠܡ ܕܐܝܬܘܗܝ ܐܠܗܘܬܗ.
ܡܬܬܢܝܚ ܪܘܚܐ ܐܦ ܫܘܒܚܐ. ܒܬܘܩܢܐ ܕܡܠܟܘܬܗ.
ܢܚܬܘ ܠܥܠܡܐ ܘܥܠܘ ܥܡܗ. ܩܕܡܘܗܝ ܕܒܢܝܢܗܘܢ.
ܐܚܐ ܕܒܢܝܢܗ ܥܡܗ. ܒܡܠܟܘܬܗ ܒܐܢܫܘܬܐ. 420
ܬܩܢܐ ܒܥܠܡܐ ܒܡܠܟܘܬܐ. ܡܢ ܡܫܝܚܘܬܗ ܕܐܬܘܬܐ.
ܐܘ ܥܠܡ ܥܠܡܐ ܕܡܢ ܡܫܝܚܝܢ. ܒܡܠܟܘܬܐ ܡܫܝܚܐ
ܢܗܘܐ.
ܥܡܐ ܘܠܐ ܡܫܬܠܛ ܥܡܗ. ܠܥܠܡ ܥܡ ܒܡܠܟܘܬܐ.
ܐܘ ܠܗܘܢ ܡܢ ܢܘܗܪܐ ܕܡܠܟܐ. ܕܠܥܠܡ ܥܡ ܥܡܗ
ܥܠܡܐ.
ܗܝܕܝܢ ܩܢܐ ܒܡܠܟܘܬܗ. ܕܢܗܘܐ ܕܥܠܡܐ ܠܐ ܢܥܒܪ. 430
ܘܐܦ ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܐܒܘܗܝ. ܠܐ ܐܝܬ ܥܠܡ ܕܗܘܐ ܠܗ.
ܠܥܠܡܐ ܕܥܠܡܐ ܠܬܩܢܐ. ܡܫܬܒܚ ܠܗ ܕܕܪܐ ܥܠܝ.
ܠܗܘ ܐܠܐ ܕܗܘܐ ܠܥܠܡ ܒܐܝܕܐ. ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܐܝܬܘܗܝ
ܒܥܠܡܐ.

ut fias amicus Dei, antequam cogaris ad exclamandum
hoc verbum poenitentiae : Utinam quis me destructum 400
reaedificare et denuo virginem efficere posset! O tu,
qui venisti ad baptismum, conjungere Spiritui Sancto,
serva munda a turpitudine membra tua, quae candida
reddidisti ad convivium coeleste! Ecce Christus te de-
structum reaedificavit et denuo virginem fecit. Retine
signaculum tuum in honore et renovationem tuam in 410
fide! Persuadeat tibi saltem mundus per poetas suos,
quantopere diligat virginitatem atque illud, quod
tibi donatum est, exoptet et desideret! Conjugati in
cantilenis suis te, o virginitas, desiderant et anhelant.
Mundum gustaverunt, sed reversi quaerunt dies virgi-
nitatis suae. Ubi ergo ipsi conjugati tanta cum sedu-
litate virginitatem suam requirunt, certe virginitas 420
secura permanebit a tentatione copulae. Si filiae
regum ob dignitatem suam virginitatem patienter ferunt,
quanto magis decet nos propter Jesum perseverare in
integritate! Filia regis, si nullum invenit sponsum
e stirpe regia, sic senescit in virginitate sua, ne genus
regium dedecore afficiat. Et si in regno proavorum 430
ejus nemo ea dignus invenitur, dant eam regi populi
peregrini, ut dignitatem suam conservet. O virgo,
quae Crucifixum accepisti, nemo in terra exsistit, qui
te dignus sit! Quia Rex coeli te sibi desponsavit, ex-
specta diem adventus ejus! O filia Adam mortalis,

ܕܦܓܪܐ ܕܡܫܝܚܐ ܡܬܩܪܒ. ܥܡ ܠܚܡܐ ܕܡܬܩܛܠܗ.

440 ܒܪܗ ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܡܩܝܡܬܐ. ܒܪܗ ܦܓܪܐ ܘܡܢܗ ܕܬܐܩܒܠ.

ܡܠܒܢ ܦܓܪܐ ܕܡܫܝܚܐ. ܡܬܩܪܒܐ ܗܘܐ ܗܢܐ ܠܟܢ.

ܗܢܐ ܠܚܡܐ ܒܪܗ ܦܓܪܐ. . . . ܘܐܬܐܡܪ ܕܢܬܦܢܩܘܢ.

ܡܛܠ ܗܘܐ ܠܚܝܠܘܗܝ. ܠܐ ܠܟܠ ܡܬܡܨܝܢ ܡܬܡܛܝܢ.

ܐܠܐ ܕܠܚܘ ܣܓܝ ܐܬܡܠܝܐ. ܘܐܬܓܠܝܘ ܒܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ.

450 ܘܐܬܡܠܝܘ ܡܘܗܒܬܐ ܛܒܬܐ. ܘܣܠܝܘܬܐ ܕܒܠܒܟܘܢ ܕܠܒܝ.

ܗܠܝܢ ܠܟܠ ܠܐ ܐܝܬ ܥܘܕܪܐ. ܕܢܬܚܝܠܘܢ ܒܫܠܡܘܬܐ.

ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܨܝܐ ܕܢܚܙܘܢ. ܘܠܐ ܐܝܟ ܕܠܐ ܡܨܝܢ ܕܢܬܚܝܠܘܢ.

ܐܠܐ ܐܝܟ ܡܬܬܡܨܪܚܐ. ܐܡܪܝܢ ܗܘܐ ܣܠܩ ܥܘܡܪܐ.

ܡܢ ܗܠܝܢ ܟܠܐ ܕܡܢܐ. ܬܫܡܫܬܐ ܕܒܝܬܗ ܡܬܐܡܪ.

460 ܒܗܠܝܢ ܥܬܝܕܐ ܒܫܡܝܐ. ܒܫܡܫܬܐ ܥܠܡܗ ܒܥܘܕܪܐ.

ܒܗܠܝܢ ܢܬܡܠܘܢ ܕܡܢܐ. ܬܘܪܓܡܐ ܬܪܝܗ ܩܢܘܢܐ.

ܡܢ ܗܢܐ ܣܓܝܐ ܐܠܗܘ. ܘܡܢ ܫܘܬܦܐ ܕܝܢܐ.

ܘܐܬܚܙܝ ܐܝܟ ܒܢܝܫܒܬܘܢ. ܘܡܫܟܚܝܢ ܒܗ ܡܢܐ ܕܡܚܟܠܘܢ.

ܐܝܟܐ ܕܡܬܪܐ ܠܥܘܬܪܐ. ܘܡܢܝܢܐ ܡܢܝܢ ܫܡܫܬܐ.

470 ܒܫܡܐ ܕܥܡܝܢ ܣܓܝܐ. ܕܠܗܘܢ ܠܡܬܪܐ ܠܗܘܢ ܠܥܘܬܪܐ.

ܗܘܢ ܣܓܝܐ ܒܥܕܬܐ. ܕܝܗܒ ܠܗܘܢ ܫܘܪܝܐ.

ܟܠ ܥܒܪܐ ܡܨܝܐ ܠܢܣܐ. ܘܟܠ ܐܢܫܐ ܢܗܘܐ.

Post v. 443 nonnulla exciderunt, quae hoc fere modo suppleri possunt : ܒܗ ܐܦܘܗ ܠܦܓܪܐ ܕܡܫܝܚܗ. ܘܗܢܐ ܠܚܡܐ ܐܦ ܒܫܘܠܡܐ. ܒܗ ܢܦܫܗ ܠܫܘܠܡܗ ܡܫܡܫܐ. ܡܫܡܫܐ ܒܗܝܢ ܗܘܐ ܠܡܫܡܫܢܐ.

458) Secunda manu ܘܐܬܐܡܪ. In margine : ܡܛܠܗܘܢ ܕܐܡܪܝܢ ܕܠܗܘܢ ܠܡܬܪܐ ܒܗܘ ܡܫܡܫܢܘܬܐ.

474) Cod. ܐܡܪܝܢ.

tu facta es filia Regis et Domini orbis terrarum, immo 440
sponsa Filii Regis coelorum, qui solus te dignus est! Pacem conciliat filia regis*) [inter patrem suum et regem, cui desponsatur; eodem modo etiam virgo pacem restituit inter genus suum et Christum, sponsum suum.

Apostolus fidelibus scripsit] et in honorem firmitatis eorum praedicavit hoc modo glorias eorum, quamquam inenarrabiles: Eos, qui semel baptizati sunt et participes facti sunt Spiritus Sancti, gustaverunt etiam donum bonum dulcedinemque saeculi venturi, impossibile est 450
rursus renovari ad poenitentiam. Haec non dixit, quasi revera non possent peccare et renovari, sed tamquam apologiam pro veracibus. Ex his vocibus pacis causam litis fecerunt Cathari. Ex his admonitionibus dulcibus apostatae perturbationem fabricaverunt. His canticis 460
pacificis daemoniaci schismata operati sunt. Bellum protulerunt e pace et rebellionem e blanda exhortatione. Vos autem, fratres mei, solliciti estote circa id, quod accepistis, et firmiter retinete traditionem vestram! Ubi divitiae, ibi sunt vigiliae, nam timor thesauros custodit. Mendici in plateis dormiunt, quia sine divitiis superflua est vigilantia. Sed nobiles vigi- 470
lant in cubiculis suis, quia thesaurus et timor inseparabiles sunt. Cubatio in pulvere quietem, in palliis anxietatem praebet. Dives possidet omnia praeter tranquillitatem pauperis. Mendicus secure dormit,

*) Quae uncis inclusa sunt, e conjectura supplevi.

ܡܢܐ ܒܡܥܒܕܗ ܒܠܚܙܐ. ܘܐܡܠܗ ܠܗ ܢܦܫܐ ܕܡܫܡܥܐ.
ܚܕܪܐ ܕܦܬܝ ܒܥܠܡܐ. ܕܡܬܝܚܝ ܗܘ ܡܢ ܚܝܘܬܐ.
ܘܕܠܐ ܐܝܟ ܡܬܠ ܒܐܝܬܘ. ܠܐ ܕܫܢܐ ܡܢ ܐܝܬܘܬܐ. 480
ܘܐܦ ܠܗܘܢ ܒܚܕ ܡܢ ܩܢܘܡܐ. ܚܕܪܐ ܒܥܠܡܐ ܢܬܬܪܝܚ.
ܐܘ ܠܝ ܐܡܫܚ ܕܡܠܟܐ. ܗܕܐ ܗܘܐ ܡܢܝܬܐ ܘܕܚܠܬܐ.
ܦܪܐ ܗܠܝܢ ܘܡܬܦܪܫ. ܕܢܬܬܪܝܡ ܡܕܡ ܡܢܝܢܘܗܝ.
ܦܪܐ ܠܡܠܬܗ ܒܡܠܬܐ. ܕܡܬܠ ܡܢܝܢܐ ܕܢܦܪ ܠܗ.
ܫܘܪܐ ܕܠܡܠܬܗ ܗܘܐ ܐܬܡܠܝ. ܫܘܡܠܝ ܡܢܐ ܘܠܐ ܢܐܡܪ. 490
ܘܡܠܠܝ ܢܦܪܐ ܐܝܟܘ. ܘܡܬܡܠܟ ܒܫܡܗ ܐܝ ܡܢܡܪ.
ܘܒܬܠ ܡܬܦܪܬܗ ܕܠܠܐ. ܕܫܢܐ ܗܘ ܡܢ ܐܝܬܘܬܐ.
ܡܬܝܡܐ ܕܝܦܪܐ ܠܝܠܝܐ. ܡܬܪܡܐ ܗܘ ܠܒܗ ܒܒܚܫܬܗ.
ܗܒܠ ܐܦ ܐܠܘܢ ܐܬܬܠܒܪܘ. ܕܒܒܫܬܐ ܪܒܬܐ ܠܡܬܒܘܢ.
ܗܘܘ ܒܢܝܐ ܕܠܐ ܡܬܬܒܠܝܢ. ܕܝܠܗܝܢ ܚܝܘ ܒܬܪܬܝܢ. 500
ܡܛܠ ܡܠܬܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܠܒܗܘܢ. ܘܡܬܬܪܬܐ ܕܠܐ ܡܠܝܢ ܗܘܫܬܢ.
ܛܪܘܢ ܐܡܫܝܢܐܝܬ. ܒܡܬܗܒܒܬܐ ܕܐܬܗܡܠܠܬܢ.
ܒܠܗ ܒܠܗ ܫܘܪܐ ܕܢܒܝܬܐ. ܒܫܡܠܝܬܐ ܕܡܬܝܬܬ ܕܐܚܝܢ.
ܘܠܬܒܪܘܢ ܐܝܟ ܠܗܘܪܐ. ܫܘܢܩܐ ܒܗ ܦܪܝܫܘܢ.
ܠܪܘܚ ܡܕܝܢܐ ܒܗܘܕܢܐ. ܐܝܟ ܠܗܘܪܐ ܒܗ ܡܪܢܐ. 510
ܠܐܗܘܢ ܠܒܢܝܬܐ ܒܥܠܘܪܐ. ܕܠܬܒܪܘܢ ܘܠܐ ܠܫܠܝܢ.
ܠܒܗܝܢ ܡܢܗܘܢ ܗܘܕܝܐ. ܐܝܬܝܗܘܢ ܒܐܫܬܐ ܕܒܢܝܘ.
ܕܢܒܝܐ ܠܪܘܡܢܗ ܦܢܝܬܐ. ܘܠܬܦܪܫܘܢ ܡܢ ܬܫܡܫܬܗ.
ܠܐ ܠܬܪܥ ܐܘܕܝ ܦܪܐ. ܘܬܫܒܘܚܝ ܒܬܪܐ ܡܫܝܚܐ.

quia praedonibus non expositus est nec spoliationem timet, cum nihil possideat. Si autem aliquando contingit, ut mendicando paulo abundantiorem pecuniam collegerit aut denarium invenerit, statim timore et tremore afficitur. Fugit somnus ejus et ipse anxiatur, nam abundantia inquietos reddit possessores suos. Advocat ad se vigilantiam, ut conservet mnam, quam sibi reservavit. Vigilantiam, quam heri adhuc ignoravit, hodie exercet et non dormit. Semper protendit manum palpatque marsupium, num in loco suo persistat. In quacunque vigilia noctis spoliationem timet, et antequam matutinum illucescit, cor ejus quasi contusum est ob inventam pecuniam. Similiter etiam vos vigilare oportet, quia magnum thesaurum invenistis et possidetis. Custodite eum diligenter, ne depraedentur vos fures, qui divitias vestras viderunt! Acquirite vobis timorem, quem antea non habuistis, et vigilantiam, quam hucusque non exercuistis! Retinete constanter donum vobis creditum! Aedificate murum castitatis huic thesauro, qui ad vos pervenit, et sacrae meditationes tamquam custodes in corporibus vestris excitentur! Mens percurrat membra, sicut custos urbem! Moneantur sensus corpori inhabitantes, ut vigilent et spoliationem prohibeant! Omnia membra quasi manibus suis stolam, qua induta sunt, sibi adstringant, ne forte latro eam auferat ipsaque gloria sua spolientur! Ne aperiatur horreum corporis nec rapiantur divitiae

ܡܬܕܡܝܢ ܐܝܟ ܐܘܪܙܐ ܚܪܒܐ. ܘܐܝܟ ܚܡܬܐ ܕܗܘܐ ܙܪܕܐ. 520
ܐܟܐ ܡܬܡܠܟܝܢ ܐܟܚܕܐ. ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܠܥܡ̈ܡܐ.
ܕܗܘܐ ܡ̇ܬܡܠܟ ܡܠܟܘܬܗ. ܘܐܫܬܠܛ ܥܠ̈ܝܐ ܠܫܘ̈ܠܛܢܘܗ.
ܚܝܠܐ ܒܫܡܝܐ ܡܬܡܠܟ. ܘܒܐܪܥܐ ܒܡܫܝܚܘܬܐ.
ܡܬܝܠܕܐ ܚ̇ܝܐ ܒܐܠܗܘܬܗ. ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܒܩܢܘ̈ܡܘܗ.
ܡܢ ܕܢܦܩ ܠܟܠ ܡܚܫܒܢ ܐܠܐ ܠܚܕ. ܘܐܪܙܐ ܐܠܐ ܒܩܕܡ ܠܡܫܡܫܢܐ. 530
ܡܬܡܠܟܐ ܒܟܠܝܢ ܦܠܓ. ܐܦ ܠܗ ܠܡܠܟܐ ܕܦܪܘܫܘܬܐ.
ܠܦܪܐ ܘܡܠܟܗ ܦܪܘܫܬܐ. ܘܟܠ ܕܐܝܬ ܠܗ ܦܐܐ ܠܡܠܟܘܬܗ.
ܠܟܝܢ ܡܬܟܠܝܢ ܐܝܬ ܠܗܘܢ. ܒܙܪܐ ܠܦܠܓܐ ܘܦܪܘܫܐ.
ܡܠܟܐ ܕܡܢ ܒܪܝܐ ܕܠܐ ܢܦܠ. ܢܦܫܐ ܡܢܗܝܢ ܒܪܘܚܐ.
ܘܡܠܟܝ ܕܡܢ ܒܪܝܐ ܕܠܐ ܪܘܚ. ܪܘܚܐ ܒܡܠ̈ܝܐ ܡܢܗܝܢ. 540
ܠܐ ܒܡܠܟܐ ܕܒܪܝܬܐ ܢܦܫܐ. ܘܠܐ ܒܗ ܪܘܚܐ ܡܢ ܒܪܝܐ.
ܚܘܫܐ ܡܬܚܫܚ ܠܢܦܫܐ ܒܒܪܝܬܐ. ܘܪܘܚܢܐ ܪܘܚܐ ܒܐܠܗܐ.
ܦܢܝܬܗ ܡܠܦܢܝܢ ܦܪܘܫܬܐ. ܟܠ ܒܪܝܬܐ ܘܪܦܝܬܐ ܒܠܥܡܐ.
ܐܝܟ ܐܝܟܢ ܒܗ̈ܘܢܐ ܒܪܝܟ. ܕܢܦܫܗ ܒܟܠܗܝܢ ܪ̈ܘܚܢܐ.
ܡܢ ܒܪܝܐ ܒܪܝܬܐ ܦܘܫܩܐ ܗܘ. ܘܡܢ ܚܘܫܐ ܠܫܡܠܝܬܐ. 550
ܚܢܢ ܡܢ ܒܪܝܐ ܠܢ̈ܫܡܬܐ. ܘܡܢ ܡܠܟܝܢ ܚܝ̈ܐ ܪ̈ܘܚܢܐ.
ܐܚܪܢܐ ܗܘ ܡܠܟܐ ܕܡܢ ܒܪܝܐ. ܘܐܚܪܢܐ ܕܡܢ ܪܘܚܐ.
ܡܠܟܐ ܕܡܢܗ ܒܪܝܐ ܒܪܝܬܐ ܗܘ. ܕܐܠܗܐ ܕܠܡܠܟܘܬ ܡܬܠܒܪܐ.
ܘܡܬܡܠܟܐ ܕܡܢ ܦܗ ܡܠ̈ܬܐ. ܠܐܪܙܐ ܕܠܟܠ ܡܬܠܟܐ.
ܐܦ ܡܬܡܠܟܝ ܕܡܢ ܒܪܝܐ. ܠܐܪܙܐ ܠܡܚܫܒ ܢܬܒ ܠܢ. 560

custoditae, ita ut fiatis sicut horreum evacuatum
et sicut vicus desolatus! Homines pacifice excolunt 520
terras, Spiritus Sanctus autem animas. Aurum
vigilare facit possessores suos et stola vitae aeter-
nae portatores suos. Testa honoratur argento et
homo fide. Urbs gaudet de custodibus suis et Spiri-
tus Sanctus de sanctis suis. Ait Apostolus: Iterum
vos parturio, donec formetur Christus in vobis. Na- 530
tivitas quaedam secunda perficit etiam partum avis.
Aquila omnesque aves, quibus alae ad volandum datae
sunt, bis nascuntur, quod symbolum continet certissi-
mum. Cum enim nativitas ex utero inanimata fuerit,
animam incubatione demum accipiunt. Similiter etiam
nostra ex utero nativitas spiritûs expers est, quem in
aqua baptismali demum recipimus. Nec in partu ovi 540
anima, nec in nobis ex utero spiritus inest. Calor
excitat animam in ovo et incubatio spiritum in homine.
Avis alis suis ovum fovet, ita ut palpitet in animam.
Eodem modo sacerdotes capiti nostro manus imponunt
nosque spirituales efficiunt. Ovum ex utero tantum-
modo corpus est, sed calore animatur; nos ex utero 550
animales sumus, sed e fonte vitae spirituales efficimur.
Alia est nativitas ex utero, alia ex illapsu Spiritus
Sancti. Nativitas ex utero ovo comparari potest,
quia nos in locum profundum quasi in exilium emittit.
Sed nativitas ex aqua elevat nos in locum excelsum.
Si nativitas nostra ex utero nos inclinat, ut in terram 560

ܒܪܘܚܐ ܩܕܫܐ ܒܪܟܬܐ. ܢܦܩܬ ܠܡܦܪܩ ܡܢ ܒܝܫܬܐ.
ܘܒܪܘܚܐ ܗܘܝ ܠܝ. ܐܒܪܐ ܕܢܦܪܘܩ ܠܒܝܫܬܐ.
ܒܪܬܐ ܦܐܪܝܐ ܚܒܝܒܐ ܠܝ. ܠܒܢܝܬܐ ܠܡܦܪܩܗ
ܕܟܢܫܐ ܠܝ.
ܡܡܠܠܘܬܐ ܡܬܚܙܝܢܬ. ܠܟܠܗ ܡܠܐܟܐ ܡܡܠܠܐ ܠܝ.
ܬܓܐ ܕܡܢ ܒܪܬܐ ܐܚܪܢܐ. ܘܐܚܪܢܐ ܕܡܢ ܗܘ ܒܢܬܐ. 570
ܙܗܪܬܐ ܕܡܢ ܐܒܐ ܫܡܫܐ. ܘܢܘܗܪܐ ܕܡܡܠܠܘܬܐ.
ܡܡܠܠܐ ܕܬܐܬܐ ܩܠ ܗܘ. ܕܒܗ ܢܦܩܬ ܐܡܪܝ ܠܝ.
ܙܗܪܬܐ ܕܡܬܢܗܪܐ ܠܕܡܘܬܐ ܗܝ. ܕܒܗ ܡܡܠܠܐ ܙܪܥ ܠܝ.
ܦܬܚ ܬܪܥܐ ܕܡܢ ܒܪܬܐ. ܒܣܒܬܐ ܕܢܗܪܐ ܦܪܝܫܬܐ.
ܒܝܘܡܐ ܡܬܝܠܕܝܢ ܐܒܪܗ. ܘܡܬܦܠܓܝܢ ܠܒܗ 580
ܗܕܡܐ.
ܡܠܗ ܗܘܦܟܐ ܕܦܘܪܩܢܐ. ܡܢ ܙܘܥܐ ܡܬܝܠܕ.
ܡܢ ܒܪܬܐ ܕܚܝ ܕܠܐ ܡܘܬܐ. ܘܕܠܐ ܙܗܪܬܐ ܡܬܚܙܝܐ.
ܒܗܕܡܝ̈ ܕܟܠܗܘܢ ܟܡܢܐ. ܦܓܪܐ ܗܘ ܗܘܐ ܡܬܝܠܕܐ.
ܐܢ ܐܦ ܕܐܬܐ ܗܕܐ ܗܝ. ܥܠ ܗܘ ܕܐܪܐ ܘܡܡܠܠ.
ܒܟܠܐ ܗܝ ܡܬܝܠܕܐ ܠܦܓܪ. ܘܒܬܪܗ ܒܟܠܗܘܢ ܗܕܡܐ. 590
ܠܢܘܗܪܐ ܒܪܝܫܝܬ ܡܬܒܪܐ ܒܗ. ܒܦܪܘܩܬܐ ܦܓܪ
ܥܠ ܗܕܡ.
ܐܝܟ ܕܒܪܝܫܝܬ ܒܪܘܚܐ. ܠܢܘܗܪܐ ܓܒܐ ܒܦܓܪ ܥܠܐ.
ܗܕܐ ܘܟܠܐ ܡܬܒܪܐ. ܒܦܓܪܐ ܕܚܝܐ ܕܦܘܪܩܢܐ.
ܡܢ ܦܓܪ ܒܟܠܗܘܢ ܠܘܩܒܠܐ. ܒܗ ܒܟܠܡܐ ܠܢܘܗܪܐ ܙܗܝܐ.
ܘܒܟܠܐ ܕܟܠܐ ܒܦܪܘܩܐ. ܡܐܢܐ ܕܢܘܗܪܐ ܡܬܦܓܪ. 600
ܡܬܝܠܕ ܒܦܘܪܩܢܐ ܕܦܪܘܩܘܬܐ. ܡܬܚܫܒܐ ܕܟܠ ܗܕܡܝ̈ܢ.

descendamus, incubatione accipimus pennas, quibus in coelum evolemus, quemadmodum ovum incubatione alas recipit ad evolandum e profundis. Uterus projicit nos in terram et inclinat nos, ut in profundum descendamus. Sed baptismus expedite inter angelos nos elevat. Alii sunt sensus ex utero avis et alii ii ex ovo. Contemptibilis est character, quem a matre 570 recipimus, sed gloriosus character baptismi. Generatio secunda major est, in qua Benignus nos regeneravit. Miraculum est formatio nova, in quam Magister nos reformat. Ex ovo demum revera nascitur avis post simplicem structuram, quam immediate ex utero habet. Calore demum pinguntur pennae dividunturque membra 580 ejus. Tota pulchritudo avis incubatione formatur; ex utero autem inanimata atque informis nascitur. Inter omnia membra oculus primum formatur. Quod si etiam apud homines fit, magnum certe et excelsum mysterium significat. Pupilla primum construitur, et post eam tantum alia omnia membra. Ante omnia membra 590 avis lumen in principio creatur. Quemadmodum Creator in principio lucem in corpore universi creavit, ita oculus quoque primogenitus est in corpore pulli avis. Ante omnia opera creationis mundi primum erat lux, et in volucri pupilla oculi, vas lucis, primum praeparatur, formaturque in corpore avis, tamquam 600 illud membrum, quod alia omnia dirigit et ordinat, om-

ܕܪܗܛ ܐܘܪܚܐ ܠܥܠܡ ܦ̈ܪܝܫܝܢ. [ܘܫܒܪܗ ܐܪܐ ܠܐ ܟܠ ܗܘܝܐ.]
ܡܢ ܩܕܡ ܟܠ ܗܘܝܐ ܟܡܐܢܐ. ܡܐܬܐ ܕܢܗܘܪܐ ܡܫܬܠܡܝܢ.
ܥܡܗ ܐܘܢܐ ܕܐܠܡ̈ܐ. ܘܐܦܝܢܐ ܡܫܡܫܝܢ ܪ̈ܘܚܢܐ.
610 ܩܕܡ ܪܘܡܐ ܗܘܐ ܟܡܐܢܐ. ܐܝܟ ܢܗܘܪܐ ܩܕܡ ܗܘ̇ܠܟܐ.
ܡܠܐܟܐ ܘܡܫܒܚܢܐ. ܘܗܕܐ ܠܟܠ ܗܘ̈ܝܐ.
ܬ̈ܠܐ ܗܘ̈ܝܐ ܐܣܝܪܐ. ܢܚܘܢ ܒܐܬܪܐ ܥܠܘܗܝ.
ܕܡܟܝܠ ܒܪܝܐ ܡܫܬܡܫܝܢ. ܡܐܪܐܡ ܡܫܬܚܩ̈ܝܢ.
ܠܐ ܡܟܝ̈ܢ ܟܡܐ ܟܠ ܗܘܝܐ. ܕܟܠܡܠܐ ܗܪܘܡܐ ܟܠܗ̈ܝܢ.
620 ܡܢܬܐܬܐ ܗܘ ܡܫܬܟܚܝܢ. ܒܚܙܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܗܘ̈ܝܐ.
ܟܡܐܢܐ ܕܝܢ ܕܡܫܬܚܙܝܬܐ ܗܘܝ. ܗܘܝ ܡܫܬܒ̈ܝܚܐ ܒܪܘܚܗ.
ܘܡܢ ܒܪܬܐ ܡܬܝܚܐ ܢܚܬ ܐܠܗ. ܕܒܗܠܐ ܠܟܘܠܗ ܝܗܒܐ ܒܗ̇.
ܒܝ ܠܟܠܗ ܦ̈ܬܟܪܐ ܕܥܡܐ. ܘܠܐ ܦܘܪܩܢܐ ܕܗܘ̈ܝܐ.
ܟܠ ܡܟܢܐ ܘܡܫܘܠܠܐ ܕܒܪܬܐ. ܒܟܠܗ ܟܡܐܢܐ ܝܗܒܐ ܒܗ̇.
630 ܚܝܪܐ ܕܗܘ̈ܝܐ ܒܟܠܗܘܢ. ܡܫܬܚܫܚ ܩܕܡܐ ܒܦܪܘܫܘܬܐ.
ܘܗܘܝܢ ܡܫܬܦܪܦ ܚܝܠ. ܟܠ ܗܘ̈ܝܐ ܠܫܘܠܡܗ.
ܡܬܦܪܣ ܡܫܬܚܠܐ ܒܪܬܐ. ܘܬܢܝܢܬ ܐܦ ܡܫܬܟܚܐ.
ܘܡܫܬܒܝܚ ܒܗ̇ ܒܟܠܗܐ ܐܣܝܪܐ. ܕܠܐ ܢܦܩ ܠܒܪ ܡܢ ܒܪܝܐ.
ܐܘ ܡܫܟܚܐ ܕܡܢ ܒܪܝܐ. ܘܒܗܬܐ ܕܟܒܪ ܡܢ ܐܡܪܐ.
640 ܒܫܘܠܡܗ ܗܦܟ ܡܫܬܟܚ. ܗܘ̇ ܕܗܘܐ ܒܝܬ ܐܘܠܨܢܐ.
ܡܢ ܒܗ ܬܪܝܢ ܢܦܫܗ ܒܪܬܐ. ܘܡܢ ܕܒܪܝܗ ܚܕ ܡܢ ܝܚܝܕ ܚܕ.
ܒܝܬ ܚܫܒܐ ܘܪܚܡܐ. ܡܫܬܝܚܪ ܡܟܝܐ ܕܠܐ ܕܒܪܐ.
ܕܡܢܗ ܒܪܬܐ ܠܡܫܬܡܫܢܘܬܐ. ܕܒܪܘܚܐ ܐܡܟܝܬܝ.
ܘܐܬܚܙܝ ܒܗ ܝܬܝܪܐ. ܘܒܗ ܗܘ ܠܡܦܪܩ ܐܬܝܢ.
650 ܡܬܦܪܣ ܟܡܐ ܡܫܬܟܚܐ ܐܢܐ ܠܟܠܗܘܢ. ܕܐܪܘܚ ܒܝܬ ܢܟܬܝܢ
ܡܚܝܕܐ.

---

604) Versus e conjectura additus.

639) Cod. videtur habere ܡܫܬܟܚܝ vel ܡܫܬܟܚܝܢ.

nibusque sensibus viam sternit. Ante omnia membra stabilitur oculus, organum lucis, receptaculum splendorum et palatium recipiens radios luminosos. Pedem praecedit oculus, sicut viatorem lucerna, et quasi nauta 610 et ductor navem membrorum dirigit. Ultima membra, scilicet dentes, postea apud homines progerminant; quia ob ventrem creati sunt, tardius dantur. Non progerminant una cum aliis membris, utpote labori inani destinati; negligenter fabricantur post alia omnia 620 membra. Sed oculus peritus statim in initio formatur. Ex ovo discere potes, pupillam primo formari, antequam alae dividuntur et membra discernuntur. Pupilla oculi jam expressa est in aqua et luteo ovi. Lucerna omnium membrorum prima ponitur in avi; postea de- 630 mum alia omnia membra discernuntur locumque suum recipiunt. Iterum parturitur ovum et denuo nascitur, exprimiturque in eo alia imago, quae non cum ipso ex utero egressa est. O generatio ex utero et nova conceptio sine matre! Avis e copula orta rursus nascitur modo virgineo. Ovum a duobus parentibus descendit, 640 sed postquam hi ab invicem se separaverunt, mater sola sine mare fovendo et incubando pullum efformat. Simile est ovum baptismati, quod incubatione nos regeneravit, elevando figmentum nostrum ad altiorem dignitatem et perducendo nos ad magnum quid, secundum verbum illud : Iterum parturio vos, ut formetur

ܪܒ ܗܘ ܘܡܫܡܠܝ ܡܠܟܐ. ܕܪܘܚܐ ܡܢ ܕܥܡܪܝܐ.
ܐܒܗܐ ܕܫܡܝܐ ܒܪܬܐ. ܡܢ ܢܗܪܐ ܕܚܠܝܢ ܡܠܘܗ̇.
ܗܒܬ ܫܡܝܐ ܝܘܪܬܐ. ܕܗܘ ܕܠܐ ܒܡܟܝܢ ܡܢ ܕܒܡܟܝܢ.
ܡܬܝܪܝܢ ܗܦܟܝܢ ܡܬܡܟܝܢ. ܢܗܪܐ ܗܘܘܢ ܕܢܗܘܢ.
ܐܝܟ ܕܡܬܝܪܝܢ ܡܬܡܟܝܢܝܢ. ܕܢܗܘܐ ܝܩ̈ܪܐ ܒܡܟܝܢ 660
ܐܝܟ ܕܠܥܦܝ ܥ̈ܢܢܐ ܕܡܛܪܐ. ܕܡܬܐܡܬܢܐ ܒܡܛܪܐ ܠܐܪܥܐ.
ܡܫܝܚܐ ܕܙܩܝܦܐ ܒܥܘܒܗ. ܒܐܘܪܚܐ ܕܪܘܚܐ ܕܢܬܦܠܛ.
ܐܦ ܡܫܡܫܢܐ ܒܡܫܡܫܢܐ ܕܪ̈ܒܝܢ. ܕܠܗܘܢ ܫܡܝܐ ܐܬܐܡܢ.
ܕܐܬܩܢܘ ܪܐܙܐ ܕܐܘܪܚܐ. ܕܗܝ ܡܬܡܠܝܐ ܬܡܝ̈ܗܐ.
ܫܒܩ ܠܥܡܐ ܩܕܡܝܐ ܘܢܦܩ. ܘܡܛܠ ܠܗ ܐܝܟ ܕܠܐ ܫܘܘܝܐ. 670
ܒܥܡܐ ܕܥܡ̈ܡܐ ܕܐܬܐ. ܐܬܐ ܗܘ ܐܝܟ ܫܡܫܐ.
ܒܝܬܝܗܘܢ ܡܝܬܐ. ܒܗ ܗܘܐ ܐܝܟ ܒܦܪܨܘܦܗ.
ܒܥܕܐ ܕܪܕܝܢ ܠܬܘܒܐ. ܠܡܫܘܚܬܐ ܐܝܟ ܕܒܡܫܚܐ.
ܒܝ ܐܝܟ ܠܥܡܐ ܚܝ̈ܐ. ܠܐ ܦܬܓܡܐ ܗܘܐ ܒܙ ܒܡܪܙܐ.
ܒܥܡܐ ܕܥܡܐ ܕܐܝܟ ܗܘܐ. ܐܒܪܗܡ ܐܒ̈ܗܘܗܝ ܐܝܟ ܫܡܫܐ. 680
ܒܬܪ ܕܢܦܩ ܘܥܒܪ ܠܥܡܐ. ܘܐܬܢܛܪ ܡܢ ܒܝܫܐ.
ܬܘܒ ܐܦܪܐ ܠܦܘܠܘܣ. ܐܝܟ ܕܦܪܐ ܒܪܘܚܗ.
ܡܫܡܫܐ ܒܟܠܢܐ ܕܐܬܪ. ܗܘܐ ܠܗ ܡܢܗ ܘܐܬܕܝܢ.
ܘܐܬܠܝ ܒܟܠܢܐ ܕܟܠܗ. ܠܡܫܝܚܘܬܗ ܒܗ ܘܐܬܕܝܢܘܗܝ +
ܫܠܡ ܕܒܫ ܡܠܬܐ ܦܘܠܘܣ ܕܫܠܝܚܐ.

in vobis imago sancta. Major et praestantior est 650
generatio ex incubatione, quam ex utero. Quemadmodum ovum vilius est aquila ex illo nata, ita etiam status non baptizati vilior est quam baptizati. Aquilae denuo nascuntur, ut ad volandum apti fiant, quemadmodum nos quoque regeneramur, ut alas in baptismo acquiramus. Quod dentes ultimo loco for- 660
mantur, docet nos, escam ultimo loco quaerendam esse; oculi vero primo fiunt, quia nos in recta via dirigunt, ut salvemur. Moyses quoque in secundo suo ad montem Sinai ascensu coruscavit factusque est typus glorificationis ex illa generatione secunda. Quando tabulas priores accepit et descendit, non erat ei splendor neque gloria; quando vero tabulas secundas detulit, resplen- 670
duit sicut sol. Ministris prioris testamenti non erat splendor; sed secundo huic testamento gloria data est sicut Moysi. Cum tabulas priores detulisset, non resplenduit filius Amram; sed cum secundas tabulas secum deportasset. refulsit facies ejus tamquam sol. Post- 680
quam zelatus tabulas confregit et apostatas ultus est, datus est ei pro mercede zeli splendor in facie ejus apparens. Moyses in nube aeris apud Dominum erat et resplendebat; vos autem in nube aquae baptizati et glorificati estis.

Finis carminis de verbo poetae saecularis.

XXXIII.

ܕܝܠܗ ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܝܣܚܩ ܡܠܦܢܐ ܡܐܡܪܐ ܕܥܠ ܡܗܝܡܢܘܬܐ܀

1 ܟܕ ܐܢܐ ܗܘ ܚܣܝܪ ܕܐܡܠܠ. ܕܫܘܡܠܝܐ ܕܥܠܝܢ ܫܡܫܢܐ.
ܡܥܒܪܐ ܒܥܝܐ ܚܣܝܠܐ. ܕܗܘܐ ܫܒܝܪܐ ܠܡܐܬܝܬܗ.
ܡܟܡܐ ܕܗܘܝܬܐ ܟܠ ܢܦܫܗ. ܘܐܡܬܐ ܟܡܡܐ ܕܐܬܝܬܗ.
ܡܟܝܠ ܫܡܥܬܐ ܘܐܫܬܡܠܝܢ. ܕܒܗ ܐܝܟܢܐ ܣܟܡܘܢ ܐܕܪܘܢ.
10 ܕܐܣܝܦ ܘܐܪܥܐ ܥܠ ܬܦܠܚܝܢ. ܐܬܩܢܬ ܡܢ ܗܘ ܕܒܪܝܗ.
ܘܡܬܦܬܚ ܐܢܐ ܕܐܬܦܢܐ. ܦܪܝܫܐ ܡܢ ܚܘܫܒܐ.
ܚܕ ܐܢܐ ܗܘ ܕܐܝܟ ܬܝܒܘܬܐ. ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܚܕܝܫܬܐ.
ܒܥܡܠ ܟܠܗ ܕܬܠܡܘܬܐ. ܘܣܥܪܬ ܒܗܠܝܢ ܘܐܬܦܠܚܬ.
ܟܬܒܐ ܡܟܬܒܗ ܕܚܙܪܐ. ܘܡܟܬܠ ܥܠܝ ܕܐܬܬܘܬܐ.
20 ܘܐܝܟ ܟܐܦܐ ܟܠܗ ܡܟܠܬܐ. ܡܩܒܠ ܐܒܐ ܕܡܩܦܘܢ.
ܫܒܐ ܐܦܐ ܘܟܐܒ ܠܡܠܐ. ܒܪܡܫܐ ܐܝܟ ܕܒܫܦܪܐ.
ܘܫܥܘ ܟܡܡܠܐ ܒܨܒܘ ܠܡܠܟܐ. ܕܡܠܐ ܕܐܡܠܝܟ ܘܐܦܝܣ
ܢܦܫܗ.
ܠܐ ܦܩܪ ܡܠܦܝܢ ܦܢܝܬܐ. ܡܢ ܒܝܬܐ ܕܕܝܢܐ.
ܐܡܠܐ ܕܡܠܦܝܢ ܚܕܝܫܐ. ܡܢ ܚܒܠܬܐ ܕܕܡܠܐ.
30 ܐܦ ܟܠܗ ܟܘܪܐ ܠܦܢܝܐ. ܡܐ ܕܦܠܛ ܒܗ ܕܢܬܐ.
ܡܬܩܪܐ ܠܐ ܡܟܡܟ ܠܗ. ܟܘܪܐ ܕܢܚ ܕܡܠܐ.

XXXIII. Cod. Vatic. 119, p. 38 (D). Versus 251—380 supersunt etiam in codice Josephi Bar David, p. 5 (J).

XXXIII.

EJUSDEM S. ISAAC DOCTORIS CARMEN ADMONITORIUM.

Valde cogor ad loquendum, quia veritas me vi 1 adduxit et secreta attractione fatigat, ut justitiae ejus advocatus fiam. Quaesivi me attractioni ejus subducere et justitiam ejus ad silentium redigere; sed veritas perstitit et constituit me, ut pro ipsa cum hominibus disputarem. Jussus sum ab ea, quae me coegit, omnes status ecclesiae audacter vituperare, ideoque 10 paratus sum nomen procacis a contentiosis accipere. Scio vera tamquam nova ab auditoribus considerari, quia mendacium inveteratum est, peccatum radices egit et invaluit. Contemnitur verbum veritatis, debilis est vox justitiae; et is, qui vitia redarguit, odio habetur, tamquam flens in convivio. Fraus irruit et invenit 20 pascua sua in montibus, id est in ipsis praepositis, quos vitia vituperare oporteret, indeque veritatem in vallem dejecit, ut lapidaretur, si eam redarguere auderet. Non enim nunc fures tantopere arces judicum timent, quam veraces agmina praepositorum. Auxilium invenit fur, quando effringit domum judicis; sed nemo 30 prorsus veraci apud praepositos auxilium fert. Sacer-

ܟܗ̈ܢܐ ܠܒܝܫܐ ܐܬܟܢܫܘ. ܘܠܡܫܡܫܢܐ ܬ̈ܡܢܐ.

ܘܐܝܟ ܡܐܬܡܟܠܐ ܡܬܬܥܒܐ. ܡܠܘܬܐ ܒܝܬܢܝܬ ܐܩ̈ܪܐ.

ܠܣܘ̈ܩܐ ܕܣܠܩܘ ܡܢܝܐ. ܒܗ ܣܡܟܪܐ ܕܓܝܠ ܐܡܝܢܐ.

ܡܫ̈ܡܫܢܐ ܡܢܗ ܡܫܡܫ. ܘܣܠܩܝܢ ܐܐܪܐ ܒܡܙܪܐ. 40

ܣܠ̈ܘܐ ܡܢ ܒܗ ܡܘܕܝܐ. ܦܣܩܝܢ ܒܝ ܦܬܓܡܝܢ.

ܡܢ̈ܘܢܐ ܒܐܬܪܐ ܕܣܘܥܢܐ. ܡܬܬܚܙܝܢ ܣܡܬܪܘܢܝܢ.

ܒܗ ܡܘܕܝܐ ܒܥܡܝ ܣܠܡܬܐ. ܘܫܡܥ ܬܒܥܬܐ ܒܠ ܬܪܬܗ.

ܘܐܝܠܐ ܕܐܙܠܝ ܒܡܠܡܬܐ. ܒܠ ܡܥܒܕ ܘܠܒܥ ܘܫܒܥ.

ܦܝ ܗܘ ܡܠܟܗ ܕܬܒܥܬܐ. ܕܡܥܠ ܢܬܥܒܕ ܢܡܬܡܬܐ. 50

ܡܢ ܡܠܟܗ ܕܗܘ ܬܗܪܐ. ܕܬܒܠ ܢܬܥܒܕ ܫܬܡܬܡܗ.

ܠܒܫܐ ܒܐܝܕܐ ܦܣܪ ܠܗ. ܘܡܠܟܘܬܐ ܒܗ ܡܫܬܐ.

ܡܫܡܘܡܬܐ ܕܠܐ ܡܬܬܡܠܐ. ܒܡܬܡܠܐ ܬܣܡܗ ܣܘܡܗ.

ܐܡܐ ܐܝܟ ܒܐܢܐ ܒܪ ܐܡܗ. ܕܒܠ ܣܡܟܪܐ ܒܝܘܣܦ
ܦܣܩܬ.

ܬܐ ܘܣܝܡ ܒܡܬܗ ܒܬܡܬܐ. ܕܒܫܐ ܒܪܘܣܐ ܡܬܡܦܪܝܢ. 60

ܐܦܪܐ ܫܠܡܐ ܢܡܒܠܐ. ܒܟܬܒ ܡܡܬܐ ܕܒܢܡܥ ܐܠܗ.

ܡ̈ܢܐ ܕܢܥܒܕ ܒܠ ܣܡܟܪܐ. ܐܘ ܒܫܒܐ ܒܠ ܒܡܠܘܬܐ.

ܐܠܗܐ ܣܡܒܗ ܠܝܘܣܦ. ܐܡܟܐ ܒܝ ܡܟܫ ܠܗ.

ܡܗܝܪ ܒܡܟܐ ܕܒܝܬܗ. ܠܟܬܣܪܐ ܘܠܡܫ̈ܡܫܢܐ.

ܕ̈ܡܢܐ ܗܘܘ ܚܡ̈ܬܐ. ܕܢ̈ܬܬܐ ܘܡܗܝܗ ܠܡܫ̈ܚܐ. 70

ܘܣܠ̈ܘܐ ܒܣܡܟܪܐ ܣܠܩܗ. ܡܢ̈ܐ ܘܐܪܒܥܗ ܠܐܣܪ̈ܝܐ.

ܘܐܡܢܐ ܒܝ ܬܬܦܢܐ. ܡܢ ܗܡܐ ܡܠܘܡܗ ܒܡ̈ܢܐ.

ܕ̈ܟܡܬܗ ܐܚܘܗܝ. ܘܟܟܠܠܬܗ ܬܘܒ ܟܠܘܒܝܢ.

ܐܝܟ ܗܘ ܢܒ̈ܫܐ ܠܐ̈ܟܠܐ. ܘܟܟܠܠܡ̈ܢܐ ܠܡܫ̈ܚܐ.

ܡܝܬܐ ܫܡܥܗ ܠܡܫ̈ܚܐ. ܗܐ ܡܝܘܪܐ ܡܢ ܟ̈ܠܝܐ. 80

dotes pecuniam sitiunt et praepositi mammonam, et avaritia aperta facie desiderium suum poscit tamquam escam. Isaias (1, 22) vituperavit caupones, quod aquam vino immiscerent; sed quis redarguit sacerdotes, qui fraudem veritati immiscent? Caupones injuste agentes remoti erant a templo; sed sacerdotes in ipso loco propitiationis lucra sua mercantur. Domus sacra facta est quasi taberna, et exactor pecuniae in limine ejus constitutus est; ille, qui sacerdotium emit, intrat et sumit, exit et dat. Altius sonat vox exactoris, qui pretium gratiae coelestis sumit, quam vox mercatoris, qui pretium mercis suae poscit. Argentum manu examinat et aurum statera; itaque donum imponderabile pondere determinatur et venditur. Ubi es, juste fili Amos, qui in Sion de vino conquestus es? Veni et vide, quomodo inter gentes pecunia cum Spiritu miscetur. O beate, quaenam res turpior videtur veritati, quae te induta est, aqua vino an pecunia sacerdotio permixta? Jsaias Sion, quando eam vituperabat, meretricem reputavit accusavitque populum ejus, tam divites quam pauperes. Ait, praepositos factos esse furum socios et leges spernere, cauponesque vinum aqua mixtum aliis vendere. Quo autem nunc nomine vocanda est ecclesia gentium, cujus pastores prodigi et subpastores rapaces sunt? Terreni observant ordines et saeculares leges, sed ecclesia, depositorium illud legum, a sce-

ܢܗܘ ܒܬܡܐ ܕܐܦܠܐ ܢܘܚ. ܕܠܘܩܒܠ ܥܕܟ ܡܣܡܐ.
ܕܒܣܡܐ ܐܒܠܗ ܣܘܠܛܢܐ. ܘܒܣܡܘܗ̇ ܠܟܘܟܒܐ ܐܝܟ ܕܝܠܗ.
ܬܠܬܐ ܕܚܙܪܐ ܡܬܚܫܒܝܢ. ܡܢ ܚܟܝܡܐ ܘܡܬܚܫܒܝܢ.
ܠܛܘܪܐ ܘܡܬܝܢ ܢܦܫܐ. ܘܡܕܝܬܐ ܡܕܝܢ ܫܬܝܬܐ.
ܠܡܠܠܘ ܗܘܝ ܗܘ ܡܬܬܠܡܕܬܐ. ܐܝܟ ܚܙܘܬܐ ܡܬܚܫܒܬܐ. 90
ܐܠܗܐ ܗܕܝܢ ܐܦܐ. ܠܠܗܣܝܪܐ ܗܘ ܚܘܒܐ ܠܢܦܫܗ.
ܡܕܝܢܬܐ ܕܒܣܪܐ ܒܦܛܪܐ. ܕܠܒܝܪܐ ܒܦܛܡܬܐ ܠܗܘܐ.
ܐܦ ܚܙܪܐ ܕܡܬܚܠܡܝܢ ܕܗܘܒܐ. ܘܡܠܟܐ ܕܫܡܝܐ ܒܫܡܐ.
ܘܬܠܬܐ ܕܐܘܠܝܘ ܚܘܒܝܢ. ܠܡܬܚܫܒܢܐ ܕܫܡܝܐ ܛܒܐ.
ܘ ܠܐܬܘܬܐ ܬܘܚܠܐ. ܕܐܬܚܘܝܘ ܬܠܝܢ ܠܟܬܐ. 100
ܕܠܡܕܝܢ ܡܠܟܬܐ ܒܒܣܡܐ. ܐܒܠܗ ܠܟܬܒܝܢ ܒܡܬܬܐ.
ܠܦܬܘ ܐܢܐ ܕܝܢ ܒܐܚܪܬܐ. ܘܠܐ ܐܡܪ ܡܢܗ ܐܢܐ.
ܕܐܦ ܕܝܬܐ ܠܟܬܒܐ. ܐܬܕܪܟ ܒܡܘܬܠܡܬܢܝܢ.
ܘܐܡܪ ܢܦܫܐ ܒܡܠܐ. ܠܚܝܐ ܕܡܘܪܒܐ ܘܕܘܚܠܐ.
ܠܐ ܬܗܠܐ ܡܠܘܬܐ. ܘܠܐ ܕܝܬܐ ܢܦܫܬܐ. 110
ܐܬܛܪܘ ܠܗܘܢܝܐ ܠܚܝܕܐ. ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܐܫܬܡܥܬܐ.
ܚܝ ܗܘܠܦ ܘܐܚܪܝܢ ܢܦܫ. ܚܝ ܢܦܫ ܘܐܚܪܝܢ ܐܚܪ.
ܕܠܗܝܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ. ܐܬܦܠܓܘ ܐܡܠܝܢܘܗܝ.
ܠܡܕܝܢܐ ܕܝܢ ܗܘ ܢܗܘܐ ܚܘܒܐ. ܕܠܡܕܝܢܐ ܗܝ ܠܡܦܠܐ
ܠܚܘܒܐ.
ܐܦ ܕܝܪܐ ܒܝ ܐܝܬܐ ܗܘ. ܘܐܦ ܕܗܪܐ ܒܝ ܚܘܠܐ ܗܘ. 120
ܒܦܛܡܬܐ ܗܘ ܢܗܪܐ ܡܬܚܫܒܬܐ. ܘܒܐܦܐ ܚܝܪܐ ܛܒܬܐ.

lestis perturbatur. Accurrunt mali, qui ne limina quidem sanctuarii calcare digni sunt, et ecclesiam pro lubitu conculcant, quia potestatem pecunia emerunt. Filiae nobilium denegantur indignis et dantur principibus dominisque praediorum; sed ecce ecclesia, domina thesaurorum, execrabili licentia cuilibet traditur. 90
Vel meretrix pulchra divitibus tantum se praebet, sed ecclesia vi cogitur, ut indifferenter detestabilissimo cuique tradatur. Sunt nobiles, qui aurum praediaque proci infamis rejiciunt et filias suas potius pauperibus, sed bonae famae, collocant. Heu patres spirituales, qui, cum sitis genitores ecclesiae, hanc dominam regum 100
ob pecuniam malefactoribus venditis! Obstupesco etiam ob aliam rem, quam silentio praeterire vereor, nempe quod monasteria quoque mutata et ecclesiis similia facta sunt. Unde consolationem quaeremus miseriae propinquae et remotae? Praepositi tenentur avaritia et monachi superbia. Monasteria se ipsa 110
dissolverunt contentionibus variis. Alter surgit, descendit alter; hic honore augetur, ille minuitur. Quia divisae sunt mentes eorum, dividuntur etiam sustentatores eorum. Dator accurrit ob gloriam, quemadmodum et acceptor ob gloriam laborat. Alius sitim patitur, quamquam justus est; alius, licet iniquus, abundat. Dona afferuntur sine justo discrimine, et 120
eleemosyna secundum acceptionem personarum distri-

ܕܡܫܝܚܐ ܡܫܡܫ ܕܪ̈ܓܐ. ܫܡܫ ܠܥܡܗ ܕܪܓܐ.

ܘܕܚܫܝܪ ܠܗ ܡܕܒܪܢܐ. ܒܬܪܝܢ ܬܫܠܐ ܚܝܠܐ ܗܘ.

ܘܡܢܐ ܕܚܠܝܢ ܡܫܡܫ ܠܗ. ܡܫܡܫܢܐ ܐܦ ܗܘ ܕܝܠܟ.

ܘܡܬܬܠܡܕܐ ܠܗ ܠܫܘܒܚܐ. ܡܢ ܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܒܚܢܐ. 130

ܫܠܡ ܦܠܓܐ ܡܢ ܚܫܘܟܐ. ܫܠܡ ܫܘܬܦܐ ܡܢ ܢܘܗܪܐ.

ܘܫܡܥ ܚܫܘܟܐ ܠܢܘܗܪܐ. ܗܟܢܐ ܫܘܠܡܐ ܢܦܩ ܡܢܗ.

ܢܣܒܗ ܬܗܘܢܐ ܒܚܘܫܒܐ. ܫܬܩܬ ܕܐܝܢܐ ܗܘܝܐ.

ܘܐܝܟ ܐܝܠܢܐ ܕܡܬܢܨܒ. ܠܐܝܠܢܐ ܢܨܒܗ ܫܠܡܬܢܘܬܐ.

ܕܡܫܘܚܬܐ ܐܦ ܕܝܠܗ. ܘܕܚܠܐ ܐܦ ܕܐܫܬܡܥܬܐ. 140

ܘܐܝܟ ܫܪܒܬܐ ܕܫ̈ܪܝܐ. ܕܒܗ ܠܐܝܠܢܐ ܕܡܣ̈ܬܐ.

ܠܓܙܪܬܐ ܡܢܗ ܕܐܬܬܐ. ܘܠܥܠܡܐ ܫܡܫܗ ܡܘܫܐ.

ܒܢ̈ܝܐ ܘܒܢ̈ܬܐ. ܒܡܠܬܐ ܡܢܗ ܐܬܝ.

ܘܐܝܟܢܐ ܕܡܬܝܕܥ ܡܢ ܬܐܠܐ. ܦܪܫܘܗܝ ܒܨܒܘܬܗ ܫܠܡܐ.

ܘܡܫܝܚܐ ܢܦܩܐ ܘܡܬܦܫܩ. ܐܬܟܠܝ ܠܗ ܕܦܘܪܫܢܐ. 150

ܐܦܩܘܗܝ ܡܢ̈ܝܐ. ܠܗܘܡܢܐ ܐܚܪܝܢܐ ܫܒܩܗ ܠܗܘܢ.

ܕܗܕܐ ܕܐܦܢܐ ܐܬܟܠܗ. ܠܫܘܠܛܢܗ ܕܓܒܪܐ ܡܠܟܘܬ.

ܕܠܐ ܠܠܝܢ ܗܘܘ ܒܐܪܥܠܝܬܐ. ܫܡܥ ܠܗܘܢ ܚܝܠܐ ܡܠܝܚܫܢܐ.

ܕܠܗ ܠܡܠܐ ܕܚܝܠܘܗܝ. ܒܠܗܘܡܢܐ ܡܫܡܠܐ ܠܐܒܐ ܗܘܐ.

ܘܗܠܝܢ ܡܬܝܬܐ ܚܝ̈ܠܢܐ. ܕܐܬܘܬܐ ܡܬܚܙܝܐ. 160

ܫܡܫ ܢܘܡܐ ܘܠܡܫܡܫ ܠܗܘܡܢܐ. ܘܐܘܪܚܗ ܘܐܬܦܫܛܗ ܠܠܝ̈ܠܐ.

ܘܡܠܟܬܐ ܕܐܘܪܚܗ ܠܗܘܡܢܐ. ܢܠܡܗ ܘܐܬܦܫܛܗ ܠܠܡܠܟܘܬܐ.

buitur. Qui multas eleemosynas accipit, se ipsum justum putat; et qui parco victu sustentatur, a stultis peccator habetur. Quoties humiliatur pauper, etiamsi justus est, ita ut Deo nec a paupere, nec a divite debita laudatio tribuatur! Nam ab egeno ascendit obmur- 130 muratio et a divite elatio, ita ut nec egenus nec abundans particeps fiat promissionis doctrinae nostrae. Praepositi agmina fratrum robustorum in monasteriis habere volunt eliguntque discipulos quasi gladiatores ad bellum destinatos, secundum mensuram, faciem, robur, speciem. Secundum sententiam spectatorum 140 descendunt in arenam adulationum. Feritatem vocant justitiam, colaphizationem veritatem. Contentiosos et litigiosos sacerdotio honorant. Illum, qui audacter mendicat, speciali honore distinguentes curatorem faciunt; et illum, qui multis juramentis persuadere solet, prudentem vocant. Sancti patres monachis parva 150 monasteria reliquerunt, quia tantummodo ad sustentationem corporis refugium temporaneum aedificaverant. Quia terrena non curabant, simplex habitatio eis sufficiebat. Nam totus labor vitae eorum circa coelestem tantum versabatur habitationem. Sed hi heredes desides patrum illorum sedulorum reliquerunt altitu- 160 dinem et profundo se implicuerunt. Dilataverunt multiplicaveruntque domus, et hac occasione monasterii dilatati multos etiam discipulos congregaverunt, magnum numerum quaerentes, tamquam reges vel

ܘܐܝܟ ܡܠܟܐ ܘܪܒ ܚܝܠܐ. ܡܠܝܠܐ ܒܗ ܣܟܠܐ.

ܘܠܐ ܡܬܬܣܝܡ ܒܒܝܬܐ. ܢܦܩ ܐܠܘ ܗܘ ܕܒܝܬܐ.

ܕܡܢ ܠܒܐ ܡܬܡܠܟ ܗܘ ܚܕ. ܐܝܠܢܐ ܕܦܐܪܝ ܨܒܝܢܐ. 170

ܐܝܟ ܐܝܠܢܐ ܕܦܐܪܐ ܥܒܕ. ܘܒܥܘܕܪܐ ܡܦܩܐ ܒܠܚܘܕ.

ܢܣܒ ܒܐܦܘܗܝ ܪ̈ܘܚܐ. ܘܠܐ ܢܦܠ ܠܗ ܡܠܝܠܐ.

ܘܐܝܠܢܐ ܕܒܠܒܘܟ ܒܚܠܐ ܗܘ. ܡܬܬܠ ܠܦܐܪܐ ܕܗܘܐ ܠܗ.

ܒܗ ܠܒܕܪܐ ܒܗܠܐ ܠܒܘܗܝ. ܕܢܦܠܘܢ ܦܐ̈ܪܐ ܠܐܣܝܪܐ.

ܠܐ ܗܘܐ ܠܠܒܠܐ ܡܬܒܥܐ ܠܗ. ܠܥܘܕܪܐ ܕܐܦ ܕܒܡܠܘܬܐ. 180

ܠܐ ܕܢܗܘܐ ܠܒܠܠܐ. ܕܐܝܠܢܐ ܕܦܐܪ ܝܚܝܕܘܗܝ.

ܐܦ ܗܘ ܠܒܢ ܠܠܒܐ. ܒܠܒܐ ܘܪܚܡ ܣܓܝܗ ܗܘܐ.

ܠܡܠܟܘܬ ܦܠܐ ܒܣܪܐ. ܘܒܠܒܘܗ ܐܦܠ ܣܠܟܗ.

ܠܡܠܟܐ ܐܠܗܐ ܒܠܐ ܗܘܐ. ܘܝܠܕܐ ܢܦܫܐ ܣܒܪ ܠܗ.

ܕܡܫܐ ܒܣܪܐ ܦܠܣܗ. ܘܒܬܐ ܒܬܐܠܨܢ ܒܢܠܗ. 190

ܕܪܚܡ ܠܒܢ ܡܠܝܠܐ. ܠܒܝܬ ܠܡܠܟܘܬ ܫܠܡܪܗ.

ܒܢܦܫܐ ܕܒܝܬܠܡܬܗ. ܡܠܐܣ ܐܒܠܐ ܠܐܝܬܪܘܬܗ.

ܘܪܣܡܠܗ ܗܘܒܢܐ ܪ̈ܚܡܐ. ܒܒܘܠܗܬܐ ܡܢܠܗ ܠܒܢ̈ܝܗ.

ܘܐܫܠܡܣ ܠܗ ܡܠܝܠܐ. ܕܒܗܠܐ ܡܢ ܗܘ ܕܗܝܡܢܐ.

ܠܒܪܗ ܢܦܫܐ ܘܐܣܝܪܗ ܕܪ̈ܓܐ. ܫܬܗ ܣܪܒܐ ܘܡܦܪܘ 200
ܫܒܠܐ.

ܒܣܪ̈ܐ ܒܠܒܗ ܪ̈ܓܐ. ܘܫܒܠܐ ܕܒܘܠܗ ܠܐ ܦܘܣܗ.

ܐܦ ܐܝܠܢܐ ܕܡܦܐܪܐ ܗܘܐ. ܒܗ ܕܪܐ ܡܬܬܠ ܠܦܐܪܘܗ.

ܡܢ ܫܒܠܗ ܕܒܗ ܘܣܪܒ. ܡܬܒܠܗ ܒܝܬܐ ܕܢܦܠܐ.

ܒܡܬܒܠܠܘܬܐ ܘܒܡܣܪܘܬܐ. ܒܬܪܘܬܐ ܘܒܡܣܪܝܘܬܐ.

duces exercituum. Quia sacras scripturas nesciunt, obliti sunt verbi illius : Unus, qui voluntatem Dei facit, praestantior et prae millibus. Ne numerus mi- 170 nuatur, praepositi etiam personam iniquissimi accipiunt, dummodo in monasterio perseverat. Itaque illum, qui tota die otio diffluit, si per diuturnum tempus in monasterio permansit, sacerdotem ordinant, ut alios hoc exemplo alliciant. Summam dignitatem sacerdotii non dant ad laborem, sed ad incitamentum 180 manendi apud ipsos. Etiam Laban fraudator per Liam et Rachel sibi cepit Jacob, operarium sedulum, et comedit robur ejus per filias suas. Innocens uxorem poposcerat, at callidus uxores dedit ei. Justus ob unam servierat ei, at impius per duas eum subjuga- 190 vit. Laban, quia lucrum amabat, fecit Jacob villicum suum. Post experimentum hospitii ejus otiosi protraxit tempus servitutis ejus. Etiam praepositi ob amorem gloriae simplices sacerdotio onerant, ita ut sacerdotes laicos fere numero superent. Transgrediuntur ordines et multiplicant ordinationes; contemnunt ana- 200 themata et honorant stultos. Sed praepositi hoc ipso suo peccato puniuntur; nam stulti post acceptum sacerdotium jam non manent in monasterio. Etiam illi, qui antea, ut laboraret, in monasterio remanserat, simulac ad dignitatem sacerdotalem evectus est, consiliatur diabolus, ut proficiscatur. Ecce in urbibus, oppidis, agris, vicis vagantur sacerdotes, qui in mona-

ܗܐ ܦܫܝܢ ܒܡ̈ܐܢܐ ܕܗܘܘ. ܒܪܝܬܐ ܘܠܐ ܙܟܝ ܡܢܗ. 210
ܘܠܐ ܗܘܘ ܡܛܠ ܕܢܣܩܘ. ܐܠܐ ܡܛܠ ܕܢܦܩܘܢ.
ܠܐܒܕܢܐ ܕܪܚܡܘܗܝ. ܡܛܠ ܕܪ̈ܓܐ ܘܫܒܩܘ ܠܡܪ̈ܝܐ.
ܡܡܫܡܫܢܐ ܕܫܒܩܘ ܡܫܠܠܢܐ. ܚܙܐ ܗܘ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܡܬܚܫܒ ܒܗ.
ܘܡܢܐ ܕܗܘܐ ܒܐܬܪܐ. ܠܐܡܪܐ ܕܢܫܠܛܘܗ.
ܘܡܢ ܚܙܐ ܐܢܫ ܫܘܠܛܢ. ܕܡܢܐ ܗܘ ܡܫܠܡ ܒܠܒܗ. 220
ܘܒܗܘ ܢܣܒܐ ܢܦܫܗ. ܡܛܠ ܐܝܟ ܕܫܘܠܡܗܘ.
ܐܘ ܠܡܫܡܫܢܐ ܕܒܫܘܠܛܢܐ. ܕܐܡܪܐ ܒܢܘܚܐ ܕܫܘܒܚܐ.
ܕܡܛܠ ܦܪܫܗ ܙܒܢܐ. ܠܐ ܩ̈ܕܡܝܐ ܡܛܠ ܐܠܗܐ.
ܒܟ̈ܬܒܐ ܒܡܘܕܥܐ ܐܫܠܡܗ. ܘܚܝ̈ܐ ܒܡܫܝܚܘܬܐ.
ܘܢܛܡܥ ܐܬܪܘܬ ܠܗ. ܕܒܟܠܗ̇ ܢܦܠ ܗܘ ܕܫܠܡܘܗ. 230
ܫܛܘܗ ܠܟܬܒܐ ܡܪܚܐ. ܕܡܛܠ ܕܪ̈ܓܐ ܠܫܝܛܘܬܐ.
ܡܛܠ ܕܛܥܘ ܘܠܐ ܙܕܩܬܐ. ܦܪܫܗ ܙ̈ܢܐ ܡܪ̈ܝܬܐ.
ܘܫܛ̈ܝܐ ܡܢ ܠܐ ܡܫܥܘ. ܡܬܪܡܪܐ ܒܡ̈ܐܢܐ ܒܟܡܝܢ.
ܘܒܟܒܐ ܛܪܘܢܐ ܫܠܡܢ. ܕܠܒܪܟܗܝ ܙ̈ܪܥ ܠܒܝܬܐ.
ܘܕܗܘܘ ܡܫܠܡܠ ܙܒܢܐ. ܡܢܗ ܠܡܟ̈ܬܒܢܐ ܗܕܝܘ̈ܛܐ. 240
ܘܒܡܬܟܫܦܢܘܬܐ ܘܐܬܪ̈ܡܝܐ. ܢܒܠܘ ܒܡܘܕܥܐ ܘܠܥܒܕܘ ܦܘܫܝ.
ܘܡܛܠ ܐܝܟܐ ܕܙܟܐ ܫܡ̈ܝܐ. ܫܡܥܘ ܙ̈ܢܐ ܠܡܬܦܪܫܘ.
ܘܐܠܐ ܦܪ̈ܫܝܐ ܡܫܝ̈ܚܐ. ܫܡܥܘ ܢܩ̈ܕܐ ܡܢ ܐܬܪܘܬܐ.
ܕܐܠ ܠܟܠܒܐ ܦܘܫܝ ܟ̈ܬܠܐ. ܒܡܛܠ ܐܬܪܘܗܝ ܕܒܪܢܫܐ.
ܘܒܛܘܪܐ ܘܒܩܘ̈ܩܒܬܐ. ܡܕܒ̈ܪܢܐ ܘܫܘܪܪܐ ܡܬܬܒܪܝܢ. 250
ܐܝܟ ܗܘܐ ܠܟܬܒܐ ܕܫ̈ܪܝܐ. ܫܘܒܚܐ ܡܢ ܟܠܗ.

steriis ordinati ibi perseverare noluerunt. Quamquam ob 210
id ipsum ordinati sunt, ut ibi remanerent, non ut prodessent, susceperunt quidem ordines jussu praepositorum, sed exinde monasterium reliquerunt. Judex loci semel in anno ornatur velo, vestimento regio, in honorem principatus sui. Quamquam alii multi nobiles adsunt, tamen soli judici licet hac veste uti in signum 220
potestatis suae. O velum sacerdotii, per Spiritum Sanctum contextum, quod praepositi nunc sumunt et publicanis scortatoribusque imponunt! Canes sanctuario et porci margaritis dominantur. Status noster perturbatus est, quia unusquisque magister sui ipsius 230
Circumcisione quasi sigillo impressus erat populus, ne
cum alienigenis permisceretur; sed non praestabat iis 660

ܘܕܒܠܒܘ ܚܠܡܬ ܗܘܐ ܒܡܕܡ. ܥܒܪܘܬܗ ܠܐ ܐܬܦܪܫ.
ܬܬܦܪܫ ܡܢܗܘܢ ܢܦܫܗ. ܕܡܠܠܬܐ ܕܡܠܟܐ ܡܫܡܠܝܐ.
ܢܣܒܗ ܐܪܐ ܒܡܫܬܪܐ. ܘܢܛܪܗ ܡܢ ܐܬܪܐ ܠܐܘܪܚܐ.
ܠܡܬܢܡ ܕܝܢ ܐܦ ܩܘܡܐ. ܕܢܠܡܘܢ ܡܢܣܐ ܕܡܬܢܩܡܐ.
ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܠܟܐܢܘܬܐ. ܕܠܐ ܢܦܫܗ ܡܡܠܠܬܐ. 670
ܠܡܫܡܥܘ ܡܠܐ ܢܝܬܝܐ. ܕܐܘܡܢܘܬܗ ܕܫܦܝܐ.
ܘܡܪܐ ܫܒܝܐ ܠܡܘܫܐ. ܒܗ ܡܠܟܐ ܣܘܟܠܗ.
ܦܘܠܚܢܐ ܗܘ ܗܘܐ ܠܟܘܠܐ. ܘܬܒܪ ܠܟܠܐ ܠܥܪܘܩܐ.
ܕܐܚܕܐ ܒܐܫܟܡ ܡܡܠܐ. ܚܠܝܡܬܐ ܦܢܝܗ ܠܢܦܫܗ.
ܠܟܠܗ ܬܠܡܝܕܘܬܗ ܕܫܡܥܐ. ܡܪܕܘܬܐ ܕܡܬܠܡܕܬܐ. 680
ܘܐܝܟ ܡܫܘܕܐ ܚܘܬܐ ܠܝ. ܚܠܝܡܬܐ ܘܡܥܕܪܢܝܬܐ.
ܡܟܡܐ ܠܗ ܦܘܪ ܐܢܟܬܐ. ܠܡܬܒܥܐ ܕܒܗܘܬܐ.
ܘܐܬܕܝܢܗ ܠܢܦܩܘܬܐ. ܕܦܢܩܝܬܐ ܘܕܒܢܝܐ.
ܒܫܒܝܠܬܐ ܡܠܟܝܬܗ. ܠܦܬܓܡܘܬܗ ܕܢܡܘܣܐ.
ܕܐܢܐ ܠܟܠ ܕܢܠܡܝ ܚܠܝܐ. ܠܚܟܝܡ ܠܦܬܓܡ ܠܐ ܬܦܫܝ. 690
ܗܘ ܦܘܪ ܟܠܗ ܡܢܝ. ܒܫܒܝܠܗ ܒܝ ܬܠܡܝܕ ܠܝ.
ܘܫܡܥܗ ܠܡܠܟܗ ܢܝܟܐ. ܒܫܪܝܪܐ ܦܬܓܡܐ ܦܫܝܩܐ.
ܦܬܓܡܐ ܕܝܢ ܒܦܬܓܡܐ. ܡܦܩܘܢ ܠܗܘܢ ܦܘܩܕܢܐ.
ܘܡܫܡܠܝܢ ܠܦܩܘܕܬܐ. ܕܡܫܡܠܝܐ ܡܫܪܘܒܐ.
ܠܐ ܦܩܕ ܠܝ ܠܡܘܫܐ. ܒܠ ܒܦܬܓܡܐ ܕܡܘܫܐ. 700
ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܝܕ ܦܩܕܐ ܠܝ. ܐܠܐ ܒܗܠܝܢ ܦܩܕܐ ܠܝ.
ܐܠܗܐ ܕܬܒܥ ܡܢ ܒܗܠܝܢ. ܘܡܢ ܒܗܠܝܢ ܠܐ ܬܒܥ ܐܠܗ.

circumcisione sua, quia corde cum iis conjungebatur. Cesset igitur error, qui sub praetextu verbi veritatis fraudem in amuletis consignat et imperitos ad interitum furatur! Ad silentium redigatur etiam vaticinatio illa, quam stulti veloces ad peccatum, arcanorum ignari, sortilegium e versibus Scripturae vocant! Aboleatur 670 series callidarum artium satanae, et remaneat aperta veritas cum Deo, datore suo! Valde stupent sapientes et prudentes corde contrito inquirunt, quomodo sub specie veritatis paganismus se iterum introduxerit. Discipuli peccati larvam fidei induti quasi imperantes no- 680 vum nobis paganismum et judaismum invexerunt. Nam genus humanum legem Divinitatis reliquit et observantiis stultorum et insipidorum se subjecit. Hoc brevissimo compendio perfectionem legis didicimus: Quod tibi exosum est, ne unquam proximo tuo facias! Hoc modo enim docuit Dominus noster, instruens nos in Evan- 690 gelio suo, omnemque scientiam duobus verbis brevibus comprehendit. Multi autem otiosi, hoc mandato contempto, magni faciunt observantiam Dominicae diei et feriae sextae *). Lex non jubet nos dies otio transigere, quia non opus, sed peccatum nos reos constituit. 700 Si ab opere cessas, non vero a culpa, otium tuum

*) Hic non agitur de jejunio feriae sextae, sed de cessatione ab operibus servilibus, quae antiquitus etiam in hac feria passim observata est.

ܒܫܠܝ ܥܠܗ ܠܥܠܡܐ ܗܘ. ܕܡܪܢܐ ܠܝ. ܒܬܫܒܘܚܬܐ.
ܐܦ ܡܫܟܢܐ ܕܢܛܪ ܠܥܡܐ. ܠܐ ܗܘܐ ܕܢܫܬܠ ܡܢ ܠܥܡܐ.
ܐܠܐ ܕܢܠܒܫ ܢܦܫܗ. ܘܢܦܠܐ ܢܥܡܗ ܡܢ ܠܥܠܐ. 710
ܡܫܪ ܗܘܐ ܝܡܪ ܠܥܡܐ ܫܦܠܐ. ܡܢ ܚܝܠܗ ܕܠܗܘܬܐ.
ܘܡܫܟܢܐ ܦܪܫ ܠܗ ܒܥܡܗ. ܠܡܬܪܘܬܗ ܘܠܡܫܠܡܢܘܬܗ.
ܡܟܝܦ ܡܫܟܢܐ ܠܠܒܗ ܕܫܘܡܠܐ. ܘܫܘܡܠܐ ܒܠܚܘܕ
ܠܢܛܪ ܗܘܐ.
ܒܬܫܠܝܬܐ ܡܬܦܪܢܝܐ ܗܘܐ. ܕܠܡܬܡܟܢ ܒܬܫܒܘܚܬܐ.
ܠܥܘܠܐ ܚܘܒ ܫܘܦܢܐ. ܘܠܚܐܝܘܬܐ ܡܫܠܡܢܐ. 720
ܘܐܝܟܘ ܕܢܫܬܠ ܡܫܠܡܢܐ. ܫܒܩ ܠܗ ܠܥܘܠܐ
ܒܫܘܫܠܡܢܐ.
ܐܝܢܐ ܕܗܕܐ ܠܥܠܡܐ. ܒܫܘܡܠܐ ܕܢܫܬܠ ܡܢ ܠܥܡܐ.
ܒܠܥܡܐ ܠܐܝ ܒܥܠܡܐ. ܕܫܒܩܐ ܡܢ ܗܕܡܘܗܝ.
ܘܐܝܢܐ ܕܦܩܐ ܒܗܠ ܡܥܡܐ. ܠܐܢܫܐ ܕܠܐ ܡܢ ܠܥܡܐ.
ܠܥܡܢ ܫܘܬܦܝܢ ܡܠܟܝܢ. ܒܫܒܠܗ ܘܒܬܫܠܝܬܗ. 730
ܫܒܐ ܕܫܒܠܐ ܒܫܘܪ ܫܡܝܐ. ܒܡܠܟܐ ܠܥܠܡܐ ܐܦܪ.
ܘܡܢܐ ܕܐܠܦ ܒܫܠܝܐ. ܡܠܟܘܬܗ ܠܥܘܠܐ ܕܠ ܠܥܡܐ.
ܥܡܐ ܡܪܢܐ ܒܥܒܕܐ. ܘܡܢܐ ܡܪܢܐ ܒܫܒܠܐ.
ܒܥܡܠܐ ܡܚܝܐ ܠܢܦܫܬܐ. ܘܒܫܠܝܐ ܦܝܪܘܬܐ.
ܫܦܝܪܐ ܒܗܘܢ ܝܚܝܕܝܐ. ܒܥܡܪܐ ܪܘܚ ܡܠܝܐ. 740
ܘܐܝܢܐ ܕܪܘܐ ܒܗ ܒܫܠܝ. ܒܥܘܠܐ ܥܒܕ ܒܫܠܝܗ.
ܐܦ ܗܘ ܠܥܡܐ ܕܒܝܬܐ. ܐܝܟ ܗܘܐ ܒܟܘܪܐ ܢܦܫܐ.
ܡܢ ܒܠܪ ܕܐܝܠ ܘܐܝܟ. ܫܬܝܩܐ ܒܫܠܝܐ ܡܥܒܕ ܗܘܐ.
ܕܒܫܠܝ ܗܘܘ ܡܢ ܡܫܝܚܐ. ܘܐܬܒܢܝܘ ܝܚܝܕܝܐ ܘܥܡܐ.

omnino in damnum tibi vertetur, quia cogitationes tuas in concupiscentiam dirigit. Ipsum sabbatum in populo judaico non ideo observabatur, ut a labore cessaretur, sed ut homines legem discerent et peccatum caverent. 710 Stultus enim populus tamquam infans, scientia Dei carens, erat, ideoque Creator distinxit illi sabbatum, ut erudiretur et edoceretur. Sed insipidi, omissa ratione diei, diem tantum observabant et de otio gaudebant, quo ad voluptates explendas uterentur. Otium peccato, doctrina justitiae favet; si ergo a doctrina 720 acquirenda cessatur, culpa otio augetur. Qui diebus feriatis Sacras Scripturas audit, spinas peccatorum e membris suis evellit. Qui autem plateas pervagatur, abstinentiâ suâ a labore duplex damnum lucratur, peccato suo et otio suo. Festum vituli prope montem 730 Sinai populum ad insanum ludum commovit, et ludus ab otio procreatus culpam super universum populum extendit. Defatigatio cogitationes in opus dirigit, ludus in peccatum. In labore castitas, in otio luxuria invenitur. Multi in die Dominica nimio vino inebriantur; 740 ebrius autem, quamquam otiosus, in ipso otio suo peccando laborat. Etiam populus ille in deserto, cum in turpi festo apostataret, post convivium et potum apertum peccatum exercuit. Postquam enim ab opere cessaverunt et viri una cum mulieribus congregati sunt, cogitationes luxuriae eos ad omnes abominationes

ܒܡܠ̈ܟܐ ܕܐܣܛܘܟܣܐ. ܦܠܛܘ ܡܠܬܗ̇ ܚܬܝܬܐ. 750

ܡܢܐ ܕܢܦܩ ܪܘܚܬܐ. ܠܫܘܫܡܘܬܐ ܦܠܛ ܡܢܗ̇.

ܘܡܫܘܪܝܢܐ ܐܣܛܘܟܣ. ܒܡܫܚ̈ܠܦܬܐ ܫܦܝ ܠܗ ܒܗܘܠܐ.

ܐܝܟܢܐ ܒܫܘܫܡܘܬܐ. ܡܬܬܟܢܫܐ ܦܘܪܫܐ ܪܘܚܐ.

ܘܒܠܚܘܕܘ ܕܐܠܗܐ. ܡܫܬܟܚܐ ܡܢ ܫܘܬܦܐ.

ܟܬ̈ܒܐ ܕܒܝܬ ܩܘܕܫܐ. ܐܫܟܚ ܐܝܟ ܠܗܐ. 760

ܘܟܬ̈ܒܝܗܘܢ ܘܣܦܪ̈ܝܗܘܢ. ܫܦܝܪ ܗܘܘ ܐܝܟ ܡܢܐ ܕܡܫܠܡ.

ܡܬܚܡ ܢܘܗܪܐ ܘܚܫܘܟܐ. ܒܫܠܡܘܬܐ ܠܦܪܘܩܗ.

ܕܐܦ ܐܝܟ ܠܗܐ. ܕܡܢ ܟܠܐ ܠܐ ܐܫܬܡܥ.

ܐܝܟܢܐ ܕܐܬܐ ܠܗܘܢ ܡܘܕܥܐ. ܒܢܝܢܐ ܕܡܬܠ ܡܢ ܟܠܐ.

ܐܝܟܘ ܕܡܘܕܥܘܢ ܠܐ ܡܬܐܡܪܐ. ܠܡܠܐ ܦܬܠ ܡܢ ܟܠܐ. 770

ܦܫܛ ܠܗ ܠܐܝܬܐ ܕܦܬܠ. ܐܘ ܡܢ ܟܠܐ ܠܐ ܦܬܠ.

ܕܡܠܟܐ ܠܐܘܪ ܠܟܘܢ. ܕܠܐ ܢܗܘܐ ܠܗ ܒܫܘܬܦܐ.

ܚܕ ܒܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ. ܚܝܠܐ ܒܟܠܐ ܦܪܐ ܠܗ.

ܠܡܠܟܐ ܕܡܢ ܦܘܠܚܢܐ. ܕܠܐ ܐܡܢ ܐܝܟ ܠܗܐ.

ܦܪܫܘ ܡܠܟܐ ܪܘܚܐ. ܠܡܠܐ ܕܡܠܟܘ ܚܐܪܘܬܐ. 780

ܒܡܠܟܐ ܪܒܐ ܦܪܝܘ. ܕܡܠܟܘ ܒܡܠܟܘ ܬܬܦܬܠ.

ܘܐܘ ܗܘ ܚܠܦܐ ܐܬܦܢܝ. ܕܟܠܐ ܡܡܠܟܝܢ ܡܬܪܕܐ.

ܡܠܗ ܠܢܦܫܗ ܒܦܘܠܚܢܐ. ܘ ܦܠܚܝܢ ܡܢ ܬܡܠܬܐ.

ܢܒ̈ܝܐ ܡܠܟ̈ܝܐ ܕܡܠܟܝܢ ܗܘܘ. ܡܢ ܦܘܠܚܢܐ ܐܟܪܐ.

ܦܠ̈ܚܐ ܗܘܘ ܪ̈ܘܚܢܐ. ܘܒܡܠܐ ܒܡܠܐ ܢ̇ܠܦܘ ܗܘܘ. 790

ܒܩܠܦܢܐ ܘܒܦܘܪܩܢܐ. ܠܐܘ ܐܦܪܐ ܡܩܒܠܢܐ.

ܘܐܝܟ ܡܢܐ ܡܢ ܫܩܠܬܐ. ܒܪܘܚ ܚܠܝܡܬܐ ܡܢ ܐܦܪܐ.

ܒܦܠ̈ܚܐ ܘܒܐܘܪ̈ܚܬܐ. [ܡܦܠܚܝܢ ܚܝܐ ܕܝܢ ܕܪܐ.

---

768) In voce ܒܠܡܠܐ nihil certum est praeter primam et ultimam literam.

Versus 796—797 e conjectura addidi.

paganas perpetrandas impulerunt. Si ebrietas se 750
pigritiae, cognatae suae, adjungit, ambaeque lasciviae sociantur, tentationibus earum culpa multiplicatur. Otio fornicatio excitatur tamquam reptile, sed meditatione Dei cohibetur, ne damnum inferat. Festa, quae Judaei observabant, Deus rejecit, quia in festis suis culpas multiplicabant, quemadmodum 760
scriptum est : In neomeniis et sabbatis frustra congregantur. Reprehendit eos Deus, quod non etiam a peccato feriarentur. Cur ille, qui eo tantum fine ad sanctuarium venit, ut a labore cesset, ab opere feriatur, si culpis suis non medetur? Tali otioso magis expe- 770
diret labori operam dare et cor defatigatione vincire, ne ad peccata evagaretur. Praedicator quidam sanctus otium a labore, quod non continuo circa res divinas occupatur, vitam malam vocat (II. Thessal. 3,6 sqq.). Pharao, rex injustus, populum, qui ipsum rogaverat, 780
ut ab opere liberaretur, magna defatigatione ligavit, ut desiderium ejus labore exstingueretur. Si ergo hic paganus intellexit, immorigeros labore ad obedientiam revocari, quis diligeret otium, quando a pietate remotum est? Prophetae et Apostoli, qui ab operibus terrenis quiescebant, operarii spirituales erant et laborem alio labore commutabant. Agricolae coe- 790
lestes instructione et gubernatione defatigabantur et idololatriam e mundo eradicabant, tamquam dumos ex agris. Per agricolas et opifices [sustentatur vita

ܘܒܒܪܘܪܐ ܕܫܪ̈ܪܐ.] ܡܢܡܠܝܢ ܣܓܝ̈ܐ ܕܒܠܚܘܕܝܢ.
ܒܐܪ̈ܟܠܝܬܐ ܡܫܬܡܠܝܢ. ܦܫܪܐ ܕܐܣܠܘܗܝ ܡܢ ܐܪܥܐ. 800
ܘܫܩܠܝܢ ܦܘܪ̈ܫܐ ܕܒܗܘܢ. ܪ̈ܙܐ ܠܡܠܟܢ ܡܫܡܠܝܐ.
ܒܡܠܟܘܬܐ ܕܝܢ ܪܘܚܢܝܬܐ. ܡܢܝܢܐ ܕܢܦܫܬܐ ܡܫܬܡܠܢܘܢ.
ܘܐܠܦܘܢ ܫܦܝܪܐ ܕ̈ܝܠܢܐ. ܕܢܦܫܬܐ ܪ̈ܘܚܢ ܥܡܠܝܬܐ.
ܡܢ ܐܝܟܐ ܗܟܝܠ ܐܬܐ. ܒܪܘܪܐ ܫܟ̈ܠܐ ܕܢܦܫܘ.
ܕܫܡܫܝܢ ܠܗ̇ ܠܬܫܡܫܬܐ. ܒܗ ܒܬܠܬܐ ܕܡܫ̈ܠܬܐ. 810
ܒܬܠܬܝܢ ܬܫܡܫ̈ܬܗܘܢ. ܡܢ ܡܫܡܠܝܢܐ ܕܐ̈ܝܕܝܗܘܢ.
ܘܒܗܘܪܐ ܕܬܪ̈ܬܝܢܬܐ. ܒܬܫܥܝܢ ܫ̈ܩܠܐ ܒܐܘܪ̈ܚܬܗܘܢ.
ܠܬܠܡ̈ܝܕܐ ܐܝܟ ܬ̈ܟܠܐ. ܫܒ̈ܝܐ ܢܦܠܝܢ ܗܦܟܐܝܬ.
ܕܡܫܡܫ ܠܢܦܫܐ ܒܣܝܡܬܐ. ܘܢܗܪܘ ܦܐܪܐ ܡܢ ܠܒܠܐ.
ܒܠܗ ܕܐܬܬܫܡܫ ܒܬܠܬܐ. ܕܡܢ ܠܒܠܐ ܐܪ̈ܟܠܝܐ.
ܕܢܦܫܐ ܬܫܡܫ ܫܡܫܝܢܐ. ܠܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܐܬܚܫܒܬܐ.
ܐܢ ܒܡܠ ܠܒܐ ܐܝܟ ܕܐܣܠܘܗܝ. ܡܛܠ ܗܘ ܟܠ ܪܒܢܐ.
ܠܡܢܐ ܚܡܫ ܒܬܠܬܐ. ܕܡܬܦܪܫ ܠܫܬܝܬܝܬܐ.
ܡܢ ܒܠܐ ܢܣܒ ܡܠܟܐ. ܕܡܢ ܒܠܐ ܡܬܠܝܐ ܡܠܟܐ.
ܘܐܝܠܝܢ ܕܫܡܫ ܡܢ ܒܠܐ. ܢܗܘܐ ܦܠܚ ܥܒܘܕܬܐ. 830
ܠܚܘܕ ܦܠܐ ܕܢܦܫܬܐ. ܒܚܝ ܪ̈ܘܚܐ ܘܡܪ̈ܘܚܬܐ.
ܠܐܘܪܚܐ ܕܐܝܬܝܐ ܠܟܬܒ̈ܐ. ܒܙܕܝܩܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ.
ܐܘܡܢܐ ܕܡܦܫ ܐܝܟܘܗܝ. ܡܢ ܡܫܡܠܝܢܐ ܕܐܬܦܪܫܗ.
ܢܦܫܘܢ ܐܝܟ ܠܡܫܡܫܬܐ. ܕܡܠܝܐ ܡܫܡܫ ܣܘܥܪܢܐ.
ܢܫܡܫܘܢ ܟܬܒ̈ܐ ܢܒܝ̈ܐ. ܒܫܠܝܛܘܬܐ ܘܡܚܝܠܘܬܐ. 840
ܬܬܦܫܛ ܐܫܬܦܬܐ، ܘܬܬܢܝܚ ܐܠܗܘܬܐ.
ܒܥܬܐ ܬܗܘܐ ܒܗ ܕܢܚܐ. ܠܐܝܠܝܢ ܕܦܫܛ ܡܢ ܒܠܐ.

praesens, sed per praedicatores veritatis] acquiritur vita futura. Res terrenae ministrant corpori e terra plasmato, multique sunt modi, quibus tabernaculum nostrum mortale sustentatur. Doctrina autem spirituali intellectus animae illuminatur, paucique sunt doctores justi, qui animam recte instituunt. Unde ergo eruperunt et advenerunt nobis praedicatores miseri, qui totam perfectionem in observationem dierum feriatarum concludunt? Auditores eorum cessant a labore manuum suarum, sed stulti in festis suis cogitatione voluptatum vexantur. Tam discipuli quam magistri perverso modo scripturas didicerunt; animam in peccato relinquunt, corpus vero a labore liberant. Otium a labore terreno ideo tantum institutum est, ut anima exercitio justitiae vacare posset. Si ergo peccatum, ut revera fieri solet, in mente excubat, quid prodest otium, nisi quod ad vanitates excitat? Omnes potius a peccato ferientur, ob quod omnes moriuntur, et justitiam colant, qui ab iniquitate cessant! Pes castarum in Dominicis diebus et feriis sextis currat ad portas afflictorum, ut eos eleemosynis et curatione adjuvent! Opifex, qui manus suas a labore quaestus sui retrahit, extendat eas ad donationes, quibus sibi remissionem peccatorum acquirat! Honorentur veneranda festa in rectitudine et sanctitate; aboleatur crapula et ad castitatem redigatur lascivia! Ii, qui a labore feriantur,

ܘܡܥܡܪܢܐ ܕܫܡܝܐ. ܙܡܝܢܐ ܕܢܪܬܘܢ ܟܠܗ.
ܒܬܐ ܠܡܥܡܪ ܥܡܗ ܡܘܕܐ. ܡܬܒܣܡܝܢ ܒܙܘܗܝܗܘܢ.
ܘܢܫܬܒܚܘܢ ܟܠ ܐܚܝܗܘܢ. ܘܪܘܡܐ ܣܠܩ ܫܘܒܚܐ. 850
ܣܘܓܐܐ ܡܒܣܡܗܘܢ. ܢܬܩܢ ܗܘ ܠܚܕܘܗܘܢ.
ܕܫܘܬܐ ܘܡܥܡܪܢܐ. ܫܡܝܐ ܘܥܘܡܪܐ ܥܡܗ ܡܘܕܐ.
ܘܥܡܐ ܡܗܝܪ ܐܢܫ. ܕܡܫܡܫܝܢ ܐܝܟܠܐ.
ܡܢ ܐܚܝܠ ܘܢܦܠ ܐܢܫ. ܢܘܪܐ ܣܠܩ ܗܘܢܐ.
ܦܪܐ ܕܢܦܫܗ ܒܣܝܡܬܐ. ܥܠܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܠܒܫܗ. 860
ܘܟܬܒܐ ܕܐܪܝܐ ܒܣܦܪܐ. ܐܬܦܪܫܘ ܥܡܗ ܢܩܦܐ.
ܠܐ ܗܘܝܠ ܬܐܬܐ ܠܟܝܢܬܐ. ܕܡܛܐ ܕܢܘܚܡ ܥܡܗ ܒܝܬܐ.
ܕܐܬܦܪܝ ܠܗ ܕܘܒܪܐ. ܠܚܝܐ ܒܢܝܐ ܚܕܬܐ.
ܠܟܬܒܐܘ ܕܟܬܒܐ ܡܘܕܐ. ܒܩܒܠܗܐ ܐܝܟ ܟܬܒܐ.
ܠܟܬܐ ܕܝܢ ܫܠܡܐ ܫܒܘܬ. ܠܟܠܡܐ ܕܐܬܝ ܠܟܘܠܗܬܐ. 870
ܘܣܠܩ ܩܠܐ ܕܐܡܪܐ. ܕܢܣܒܘ ܗܘܘ ܠܟܠܘܡܬܐ.
ܘܩܡܬܐ ܬܩܢܐ ܬܢܝ. ܠܡܩܝܡܐ ܢܘܪܐ ܕܟܝܬܐ.
ܫܠܡ ܕܡܥܡܪܢܘܬܐ.

ad ecclesiam conveniant ibique e praelectione Scripturarum voluntatem Domini sui discant! Feminae in sanctuario maculas suas lacrimis exstinguant et brachiis suis eleemosynas pro armillis imponant! Judaeae 850 ornamentis suis festa sua profanabant et cincinnis aromatibusque suis in sanctuario offendicula ponebant. Ideo accusavit eas Propheta, quod ornamentis suis lascive se gererent, annuntians eis retributionem plene mensuratam miseriarum pro deliciis. Pes, qui libidinose saltaverat, discalceatus per offendicula captivi- 860 tatis pertransiit; et oculi, qui divinam iracundiam aspectu provocaverant, obstupuerunt inter captivatores. Nulla igitur mulier ad ecclesiam accedat, quae filiabus Sion similis sit; nam mores veteres adventu novo ad novitatem immutati sunt. Virgines populi veteris festa tympanis celebraverunt; Ecclesia autem mulieribus ad orationem convenientibus silentium imponit et a 870 magno coetu in templis congregato rectam intentionem poscit pro sonis cantûs, quibus congregationes Hebraeorum ornatae sunt.

Finis carminis invectivi.

XXXV.

ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ܠܘܩܒܠ ܐܝܠܝܢ ܕܐܡܪܝܢ ܠܘܬ ܡܪ̈ܘܬܐ ܀

1 ܐܝܠܢܐ ܕܡܬܬܟܠܢܐ ܦܐܪܘ. ܘܚܝܘ ܠܐܪܙܐ ܕܐܝܠܢܐ ܗܘ.
ܠܐ ܐܝܬ ܠܗ ܓܒܐ ܒܦܐܪܘ. ܕܡܬܝܗܒ ܠܡܬܟܫܦܢܘܗܝ.
ܠܐ ܒܥܘܩܪܐ ܕܡܠܬܐ ܐܬܐ. ܘܠܐ ܕܢܒܥܘܢܗ ܡܬܦܪܫ.
ܚܙܘܐ ܡܦܣܠ ܠܚܢܘ. ܘܠܡܓܫܘܫܗ ܠܐ ܡܫܬܡܥ.
10 ܠܐ ܚܫܚ ܓܒܐ ܕܢܩܒܠ. ܡܠܬܐ ܕܐܡܪ ܡܢ ܚܘܒܗ.
ܐܦ ܠܐ ܫܦܠ ܦܬܓܡܗ. ܕܚܘܫܒܐ ܕܢܦܩ ܢܥܘܠ ܒܗ.
ܗܘܬ ܪܘܚܐ ܒܒܢܝܢܐ. ܒܓܠܐ ܚܒܝܫܐ ܐܡܝܪܐ ܗܘܬ.
ܕܢܦܫܐ ܕܫܡܝܢܐ ܗܘܬ. ܒܪܝܫܬܐ ܟܠ ܐܟܚܕܐ.
ܒܥܒܕܘܬܐ ܕܡܠܟܝܗܘܢ. ܡܫܬܥܒܕܝܢ ܠܟ ܚܝܠܘܬܗܘܢ.
20 ܠܚܝܬܐ ܗܝ ܐܬܩܪܝܘ ܗܘܘ. ܠܗ ܕܢܬܒܥܘܢ ܡܠܟܝܗܘܢ.
ܒܚܙܘܗܘܢ ܕܝܢ ܐܬܓܠܝܘ. ܫܒܩܘܗܝ ܠܡܪܐܬܗ.
ܘܠܘܬ ܡܠܟܐ ܕܝܘܡܢ. ܐܬܟܢܫܘ ܚܝܠܘܬܐ ܡܠܟܝܗܘܢ.
ܢܘܡܝܐ ܒܥܠܡܘܬܐ. ܕܡܠܟܐ ܚܕܬܐ ܐܬܩܪܝ.
ܘܡܬܦܪܫܝܢ ܠܥܠܡܝܗܘܢ. ܕܠܐ ܗܘܐ ܒܚܝܐ ܐܬܘܗܝ.
30 ܒܚܝܠܐ ܗܘ ܓܒܪ ܡܠܟܐ ܛܒܐ. ܕܠܘܬܗ ܡܠܟܐ ܗܘ ܢܚܝܠܐ.
ܕܐ ܚܝܚܝܢ ܘܐ ܗܘ ܕܚܘܝܪ. ܒܗ ܒܐܡܥܠܬܗ ܡܬܢܒܐ.
ܫܝܢܐ ܓܒܪ ܐܡܘܬܐ. ܒܠܚܡܪܐ ܕܡܠܟܐ ܐܝܟܘ.

XXXV. Cod. add. Mus. Brit. 14591, p. 40 (K).

*) Cod. ܗܟܢܐ.

XXXV.

CARMEN S. ISAACI CONTRA EOS, QUI AD HARIOLOS VADUNT.

Qui medico naturam morbi et doloris sui explicat, 1
non curat in dolore suo, ut artificiose eam exponat.
Non laborat circa elegantiam sermonis nec defectus
ejus evitare studet, sed veritatem loquitur linguâ suâ
et ornatum rhetoricum spernit. Non est ei curae,
verba de dolore suo sapienter proferre, nec expolit ser- 10
monem suum, quia vulnere intumescente impeditur.
Simili modo etiam Spiritus in Prophetis verbis simpli-
cibus cecinit, ut demonstraret, se generi humano com-
pati. E simplicitate verborum eorum innotescunt
nobis compassiones eorum. Missi sunt ad sanationem,
non ad sermones elegantes proferendos. Libri eorum 20
eo pleniorem fidem meruerunt, quo simpliciorem veri-
tatem continent. Utinam etiam hodierni doctores
nostri verba sua compassione imbuerent! Sed hodie
praedicatores polito sermoni student et hoc modo ipsi
palam faciunt, animas suas nulla compassione moveri.
Hunc enim fructum profert sermo, quod intentionem ora- 30
toris patefacit; indicatur quippe enuntiatione ejus, num
ad compassionem aut ad vanam gloriam tendat. Nam
multi oratores speciosa tantum verba quaerunt, et quia

ܘܡܛܠ ܕܠܗܘܐ ܠܡܥܒܢ. ܗܪܐ ܠܐ ܚܠܦܝܢ ܐܪܚܘܗܝ.
ܐܦ ܗܢܘܢ ܡܡܣܟܢܐ. ܠܟܘܢܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܣܠܩܝܢ.
40 ܘܥܠܡܐ ܕܛܒܝܢ ܣܓܝ. ܠܐ ܡܬܡܨܐ ܒܐܪܥܬܗܘܢ.
ܠܗ ܓܘܢܐ ܕܫܡܝܐ ܡܣܟܠܝܢ. ܐܠܐ ܣܓܝܐ ܕܟܣܝܗ.
ܘܠܗ ܡܠܟܬܐ ܓܠܝܬܐ ܡܬܚܙܝܐ. ܐܠܐ ܗܪܐ ܕܟܬ̈ܒܐ.
ܗܘܝܐ ܒܓܘ̈ܢܐ ܠܐ ܢܣܒ. ܐܦ ܠܐ ܒܓܘܫܡܗ ܕܟܬܒܐ.
ܘܠܐ ܠܡܬܚܫܒܘܬܐ ܕܣܗ̈ܕܐ. ܒܟܬܒܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܕܡܠܐܟܐ.
50 ܠܟܠ ܒܗ ܒܓܘܢܐ ܐܫܟܚܬ. ܒܐܒܐ ܕܢܬܪܘܡ ܠܐ ܡܬܡܨܐ.
ܡܢ ܒܢܝܐ ܘܓܠܝܬܐ ܡܬܓܠܐ. ܗܘ ܡܐ ܕܡܣܟܠܝܢ ܗܕ̈ܡܐ.
ܐܦ ܡܘܡܬܐ ܠܐ ܗܘܬ ܒܐܒܐ. ܦܬܐ ܗܘ ܓܪ ܒܐܒܐ ܡܢ
ܡܘܣܝܐ.
ܠܓܘ ܗܘ ܡܢ ܒܢܝܐ ܣܓܝ. ܘܒܬܘܩܢܬܐ ܡܬܥܒܕ.
ܗܘܣܐ ܠܓܘܢܐ ܠܐ ܢܣܒ. ܕܠܗ ܗܘ ܚܙܩ ܣܘܟܠܢܐ.
60 ܡܢ ܣܟܠܗ ܒܠܒܗ ܕܢܦܫ. ܘܡܬܚܢܢ ܙܒܢ ܠܗ.
ܠܐ ܢܣܒܘܢ ܓܘ̈ܢܐ ܕܡ̈ܠܐ. ܕܠܐ ܡܫܬܘܬܐ ܠܟܠ ܒܗܘܢ.
ܘܠܐ ܡܢܝܢ ܙܒܢܝܢ ܠܒܢܝܐ. ܕܣܓܝܘ̈ܐ ܡܢ ܙܒܢܐ.
ܡܬܦܠܓܐ ܕܗܘܣܝܐ ܦܬܟ. ܫܡܝܐ ܘܗܝܢ ܡܣܟܠܝܢ ܠܗ.
ܫܡܝܐ ܣܟܠܡܝܐ ܡܬܚܦܛ. ܕܠܟܠ ܠܡܥܢܝܐ ܣܘܟܠܢܐ.
70 ܚܙܐ ܗܘ ܠܟܠ ܡܢ ܕܣܟܠܝܢ. ܕܠܡܐܬܐ ܒܗܘܢܐ ܕܒܢܝܢܐ.
ܕܡܠܟܘܬܐ ܠܗܐ ܐܝܟ ܫܡܝܐ. ܕܒܗܘܢܐܗ ܡܕܐܫ ܠܝ.
ܚܟܝܡ ܫܡܝܐ ܣܘܟܠܢܗ. ܘܒܢܝܢܘܬܐ ܡܬܚܟܡ.
ܕܠܟܠ ܣܘܟܠܢܐ ܠܒܢܝܢܐ. ܘܠܟܠ ܠܡܥܢܝܐ ܡܢ ܡܬܐ.
ܠܒܢܝ ܟܠܗ ܒܢܝܢܘܬܐ. ܕܠܐܝܟ ܠܟܠ ܣܘܟܠܢܐ.

---

37) Fortasse ܕܡܣܟܢܐ.

50) Manu seriori ܘܒܐܒܐ.

hoc studio trahuntur, veritas integra apud eos non manet. Sed et ipsi peccatis vulnerati fucum verborum curant, et sententia compunctionis plena non acceptatur in auribus eorum. Non color medicamenti sanat, 40 sed virtus in eo contenta; nec verbum expolitum auxilium praestat, sed veritas Scripturarum. Vulnus coloribus aut figura radicis non coalescit, et tabes peccatorum studio elegantis sermonis non sanatur. In colore non inest virtus sanationis, dolorem fugare non 50 valet; id, quod membris medetur, interius latet, visui tactuique inaccessibile. Etiam vulnus non morbus ipse est; morbus enim latius se extendit quam vulnus. Dolor interius latet, ab oculo remotus, et in animo percipitur. Vulnus colorem, qui sanare nequit, spernit, sed virtutem medicamenti solam timet, quae illud acute 60 expellit. Nolite quaerere sermones fucatos, in quibus nulla sanatio est, cum damna peccatorum ex animo expellere nequeant! Medicamentum aegritudinem vulneris in se assumit et hoc modo illud sanat; medicamentum sanum infirmatur, ut aegroto sanationem conferat. Sanus quippe morbum aegrotorum portare 70 debet, ut doctor medicinae similis sit, quae sua infirmitate nos sanat. Medicamentum sanitatem suam exuitur et aegritudinem induitur, ut vulnus sanet aegrotumque a morte liberet. Deus quoque indutus est infirmitatem, ut Adam sanaret; corpore suo vul-

ܦܓܪܗ ܢܦܩ ܠܡܘܩܕܗ. ܘܐܣܩܘܗܝ ܡܢ ܐܬܘܢܐ. 80
ܠܝ ܐܝܬ ܗܘܐ ܚܝܐ ܘܒܐܝܐ. ܠܗ ܕܝܢ ܐܝܬ ܗܘܐ ܚܘܠܡܢܐ.
ܫܒܩ ܗܘ ܚܝܝ ܐܝܟ ܫܒܝܐ. ܘܐܘܙܦ ܠܗܘܢ ܚܘܠܡܢܗ.
ܚܠܦܗ ܣܒܪ ܟܦܢܐ. ܠܡܘܬܢܐ ܕܒܢܝܫܐ ܕܢܫܬܠܡܘܢ.
ܐܝܟ ܡܪܐ ܕܚܝܣ ܠܝ ܚܠܦܗ. ܕܢܚܘܣܘܬܗ ܬܬܢܫܠܡ.
ܗܘܡܠܐ ܕܡܪܝܐ ܠܗܬ ܫܡܝܐ. ܫܩܠ ܡܢܗ ܚܘܠܡܢܐ. 90
ܐܝܟ ܐܠܗܐ ܕܬܪܝܨ ܗܘܐ ܕܡܢܗ. ܕܢܦܩܘܢ ܠܒܪܐ ܘܐܬܚܠܡܘ.
ܡܢ ܕܠܗ ܡܢܝܢܐ ܠܐ ܚܙܐ. ܠܐ ܡܨܐ ܡܫܬܚܠܦ ܒܐܘܪܚܗ.
ܘܕܠܐ ܬܪܐ ܠܗ ܫܘܩܐ. ܠܐ ܢܩܦ ܠܗ ܠܫܘܒܬܐ.
ܝܘܠܦܢܐ ܘܬܘܫܒܚܬܐ ܦܓܪܐ ܐܠܗܝ. ܕܗܘ ܡܠܐ ܕܡܫܬܡܠܐ ܗܕܡܝܐ.
ܠܟܘܠܗܝܢ ܕܚܝܠܐ ܐܢܫܝܢ. ܝܘܩܪܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܕܫܘܡܠܝܐ. 100
ܟܠ ܝܘܠܦܢܐ ܘܬܫܒܘܚܬܐ ܡܫܘܐ. ܚܝܠܗ ܫܡܝܐ ܠܗܬ ܗܘܢܝܐ.
ܘܦܓܪܐ ܚܘܒ ܚܝܠܗ. ܡܪܝܐ ܒܡܘܚܝܐ ܕܐܠܗܬܐ.
ܐܫܘܬܐ ܕܒܫܡܝܐ ܒܫܡܝܐ. ܒܡܢ ܝܗܒ ܗܘ ܠܝ ܡܘܗܒܬ ܠܗ.
ܐܝܟ ܠܡܘܙܠܗ ܕܒܟܝܐ. ܕܒܝܕ ܦܓܪܐ ܡܬܚܠܝܗܘܢ.
ܚܠܦ ܟܦܪܐ ܒܝܕ ܝܘܠܐ. ܫܟܢ ܒܐܦܐ ܒܫܘܚܠܡܢܐ. 110
ܘܟܠܗ ܒܐܝܕܐ ܕܦܓܪܐ. ܫܟܢ ܒܡܘܪܢܐ ܕܒܗ ܐܘܟܝ.
ܠܐ ܢܬܚܘܡ ܚܝܠܐ ܕܒܟܠܐ. ܘܝܘܩܪܐ ܢܫܒܘܩ ܩܛܠܐ.
ܒܐܦܐ ܒܟܡܝܢ ܠܚܝܠܝܢ. ܢܫܟܘܪ ܐܠܗܝ ܒܚܠܬܐ.
ܒܠܬܐ ܕܒܠ ܗܘܐ ܠܟܠ ܕܟܪܐ. ܐܠܗܪ ܗܘ ܠܟܘܚܘܒ ܬܪܥܝܬܝ.

nera nostra clausit et ab interitu nos erexit. Cum 80
nos morbis doloribusque laboraremus, ipse vero sanitate
vigeret, tamquam medicamentum in se suscepit dolorem nostrum et reliquit nobis sanitatem suam. Radix
virtutem suam vulneribus tribuit, ut morbus eorum
curetur, quemadmodum Dominus nobis virtutem suam
dedit, ut morbus noster sanaretur. Vulnus medicinae 90
admotum sanationem ab eâ accipit, sicut haemorrhousa,
quae Filium tetigit et sanata est. Qui aegroto non
compatitur, morbum ejus sanare nequit; et qui non
poenitentia compungitur cum peccatoribus, eos ad
gratiam non trahit. Color et figura sunt quasi corpus
rei illius, quae membra sanat; colores et tactus medicamentorum vestes virtutum nominari possunt. Sub 100
colore et tactu medicina virtutem suam in vulnere
monstrat; et Dominus in corpore apparens omnipotentiam suam erga vulnus generis nostri monstravit.
Medicina sanationem in ipsa occultam contactu suo
applicat, quemadmodum auxilium Altissimi per Corpus
ejus accepimus. Virtus radicis sub colore latens curat
morbum eumque in sanitatem convertit; et Deus per 110
Corpus suum aegritudinem generis Adamitici curavit.
Ne, relicta virtute verborum, vanitates fucatas loquamur! Dolores vehementes populum nostrum excruciant; curemus eos poenitentia! Increpatio consueta
et elenchus quotidianus non jam sufficiunt ad conscien-

120 ܙܪ ܠܗ ܡܢܝܢ ܘܐܬܕܪܝ. ܡܢ ܗܘܦܟܐ ܕܣܗܡܬܐ.
ܗܐ ܡܟܝܠ ܠܗ ܫܒܩܐ. ܠܠܡܘܬܐ ܐܝܟ ܕܦܪܘܩܐ.
ܘܐܬܦܠܓ ܕܝܢ ܐܬܡܛܝ ܠܗ. ܒܦܘܪܥܢܐ ܕܡܢ ܫܡܝܐ.
ܗܐ ܥܒܕܐ ܒܐܬܪ ܐܬܡܛܝ. ܘܡܫܬܒܩܐ ܠܗ ܒܫܘܒܩܢܐ.
ܦܬܘܪܐ ܠܟܬ̈ܒܐ ܡܠܠܝܢ ܚܝܢ. ܠܐ ܐܦܪܐ ܒܦܘܡܗܘܢ.
130 ܠܐ ܒܓܒܠܐ ܠܥܦܪܐ. ܘܒܬ̈ܝܐ ܠܐ ܒܐܬܪܐ.
ܢܬܦܪܣܘܢ ܠܓܒܝܢ ܢܡܠܠ. ܒܦܪܓܐ ܕܠܝܬ ܒܦܘܪܣܐ.
ܣܘܟܠܐ ܕܡܫܝܚܐ ܣܥܪܢ. ܦܬܘܪܐ ܕܓ̈ܒܪܐ ܘܦܬܘܪ.
ܘܒܝ ܢܦܫܗ ܫܒܩܐ. ܘܐܬܒܝܫ ܠܗ ܡܟܬܒܢܘܬܗ.
ܗܐ ܒܟܢ ܒܫܦܝܪܐ ܦܪܥܝ. ܕܢܦܘܩ ܢܘܪܐ ܠܒܣܪܬܐ.
140 ܘܚܝܐ ܕܒܫܠܡ ܒܐܢܫܬܐ. ܒܟܬܒܐ ܕܕ̈ܒܚܐ ܢܦܠܘܢ.
ܐܦ ܠܐ ܫܒܩܐ ܡܬܬܒܥܐ. ܠܟܠܗܘܢ ܕܗܘܠܝܢ ܕܕܝܢܗ ܠܗ.
ܕܢܦܩ ܗܘ ܕܚܫܒ ܚܛܐ. ܕܕܝܢܗ ܘܢܦܘܩ ܠܐ ܡܬܩܢ.
ܒܝ ܡܫܬܟܚܝܢ ܠܒܘܪܟ ܒܝܬܐ. ܡܠܟ̈ܐ ܢܛܪܝܢ ܘܢܟܣܝܢ.
ܠܐ ܗܢܟܢ ܡܢܝܢܝܢ ܘܫܒܩܢܘܢ. ܘܠܐ ܡܟ ܡܦܪܫܢܘܢ
ܒܗܠܝܢ ܚܛ̈ܗܝܢ.
150 ܣܘܟܠܐ ܕܟܠܗܘܢ ܟ̈ܠܡܐ. ܡܬܚܫܒܝܢ ܒܫܘܒܚܗ ܕܡܫܝܚܐ.
ܕܒܝܬܐ ܠܢܦܫܗ ܗܐ ܦܠܚܝܢ. ܟ̈ܠܗ ܒܢܦܫ ܒܝܬ ܠܒܝܬܐ.
ܒܟܬ̈ܒܝܗܘܢ ܠܐ ܡܬܒܥܐ. ܒܫܘܒܩܢܘܬܗܘܢ ܠܐ ܡܬܦܪܥܐ.
ܒܥܠܐ ܕܢܦܫ ܐܝܟ ܒܫܒܩܐ. ܡܢ ܡܫܬܒܩܢܘܬܗ ܠܐ ܦܐܫ.
ܐܢ ܒܥܐ ܒܝ ܒܟܠܗ ܒܦܘܪܣܐ. ܒܝܬܐ ܗܘܬ ܐܢܫܐ ܠܥܦܪܗ.

[illegible]) Cod. ܟܬ̈ܒܐ.

tiam nostram emolliendam. Mens mea ob evolutiones peccati constricta et perturbata est. Ecce diabolus 120 genus humanum quasi in mola circumvolvit, et anima mea stupore constringitur ob circumvolutionem ab iniquitatibus motam.

Ecce in regione nostra Tammuz lacrimis plangitur, et stella Veneris adoratur. In diebus nostris super tectis Fortunis lectisternia paramus. Super fontibus laternae et super puteis lampades exstant. Error se perfecte exornavit in urbe, quae in toto mundo 130 inclaruit. Hoc tempore, quo vicini nostri mensas daemonum amoverunt et aboleverunt, et satanas ipse sibi devictionis regni sui bene conscius est, ecce urbs nostra cineres suscitare conatur, ut ignem ad holocaustum accendat, et festum, quod justitia exstinxit, vapore sacrificiorum continuat. Sed ne satanas quidem 140 confidit iis, qui ipsi sacrificant; scit enim, se omnipotenti virtuti, quae ipsum persequitur, resistere non posse. Cum adhuc reges, tyranni, heroes thronum maligni fulcirent, Christus ingressus destruxit et ejecit illum, nec potuerunt stare coram eo omnes potestates. Hodie vero, omnibus jam regibus thronum Christi venerantibus, ecce filii urbis nostrae illum libationibus 150 consolari student. Sed sacrificia eorum illum non consolantur, holocausta non placant; quamdiu Jesus in coelis manet, non resurget a ruina sua. Si enim eo

ܘܟܠܗܘܢ ܥ̈ܡܡܐ ܘܡܠܟ̈ܝܗܘܢ. ܠܐ ܫܡܫܝܢ ܗܘܘ 160
ܠܒܪܘܝܗ.
ܗܟܝܢ ܣܓܕܐ ܦ̈ܬܟܪܐ. ܒܗ ܕܢܫܒܚܘܢ ܡܫܒܚܘܬܗ.
ܡܫܬܥܠܝܢ ܒܠܒܘܫ ܒܫܘܦܪܗ. ܒܗܘܢ ܗܘܐ ܡܠܟܐ
ܬܫܥܝܢܝܐ.
ܡܢ ܓܠܝܬܐ ܐܦܠܐ ܗܘܐ. ܕܩ̈ܫܝܐ ܘܫܒܐ ܠܫܡܝܐ.
ܡܚܣܝܢ ܡܚܣܢܐ ܒܚܘܒܗ. ܘܐܬܪ ܕܐܬܩܘܝܢ ܡܢ ܩܘܡܗ.
ܫܘܡܠܝ ܕܨܒܝ̈ܢܐ ܐܦܠܐ. ܡܢ ܕܚܠܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. 170
ܟܕ ܠܘܬ ܡܘܬܐ ܢܦܠܐ. ܢܦܩܬ ܠܚܘܪܘܬ ܦܠܘܪܗ.
ܬܘܕܝܬܐ ܫܪܝܪܬܐ ܒܟܠ ܐܬܪܘ. ܢܦܩܬ ܒܟܠ ܕܚܠܝܡܘܬܐ.
ܒܡܬܦܬܠܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. ܕܪܫܬ ܬܘܕܝܬܐ ܕܫܪܝܪܘܬܐ.
ܡܢ ܒܠܗ ܥܠܡܐ ܗܘ ܗܘܬ. ܫܪܝܪܬܐ ܒܡܕܝܢܬܗ ܬܒܝܠ.
ܚܙܐ ܬܘܕܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. ܦܫܛܬܗ ܠܡܠܟܘܬܗ. 180
ܫܘܒܚܐ ܕܗܘ ܐܝܟ ܬܘܕܝܬܐ ܗܝ. ܡܕܝܢܬܐ ܒܥܠܡܐ ܥܠܡܐ.
ܗܐ ܬܠܬܐ ܙܒܢܝ̈ܢ ܚܕܐ ܕܚܕܐ. ܕܬܬܩܢ ܒܡܠܟܘܬܗ.
ܡܢ ܒܟܠܗ ܒܠܥܠܡܐ ܒܫܒܘܗ. ܐܝܟܢܐ ܗܘܐ ܕܝܘܢ̈ܝܐ.
ܚܙܐ ܫܬܩܐ ܐܬܝܒܠ ܒܗ. ܘܢܬܚܙܐ ܒܟܠ ܬܘܕܝܬܗ.
ܗܢܐ ܕܡܢ ܫܘܒܚܐ ܠܫܘܒܚܐ. ܐܝܟܢܐ ܕܚܕܐ ܡܠܟܐ. 190
ܫܡܥܐ ܕܚܘܒܐ ܐܬܐܝܢ. ܥܒܪܬ ܒܗ ܬܘܕܝܬ ܒܐܝܟܢܐ.
ܒܐܝܪܐ ܡܬܚܙܐ ܡܬܚܙܝܬ. ܬܘܕܝܬܐ ܕܬܘܕܝܬ ܐܝܟܢ ܠܗ.
ܕܒܝܬܠܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ. ܕܬܪܝܢ ܒܗܝ ܠܐ ܐܬܚܙܝܬ.
ܒܡܕܐ ܬܬܡܠܝ ܬܘܕܝܬܐ ܒܡܕܝܢܬܐ. ܘܒܡܬܦܬܠܐ ܠܐ ܬܬܚܙܐ.

tempore, quo universus mundus jugo ejus subditus erat, omnes populi et reges gregi ejus auxilium ferre 160 non valebant, certe hi quinque daemoniaci, qui regnum ejus restaurare conati sunt, post confractionem ejus tantummodo ob illum deridebuntur, sibi ignem, illi cruciatum paraturi. Quando adhuc aperte sacrificia comedebat et libamina bibebat, Christus veritate sua eum percussit et placentas ex ore ejus excussit. Hodie ergo, quando furtive tantum manducat ob timorem 170 fidei, ignis et mors aperta sternentes mensam ejus afficient. Quomodo guttula foeda naturam suam in mari dulcedinis retinere poterit? Num gutta idololatriae inundationi fidei resistet? Dum adhuc paganismus tamquam mare totam terram operiebat, unica gutta fidei amaritudinem ejus superavit. Cur ergo 180 hodie idololatria, postquam facta est quasi gutta amara in mari dulci, in variis locis caput suum elevat, ut ob exiguitatem suam derideatur? Dum totus prorsus mundus massa zizaniorum erat, unicum frumentum tritici in eam injectum illum suo sapori assimilavit. Nunc vero, postquam mundus a finibus usque ad fines massa evasit vitae plena, error fermentum quinque 190 zizaniorum massae nostrae injecit. O gutta erroris, dic mihi, quo coagulo compacta sis, ut undis fidei, quibus undique circumdaris, non permiscearis! Per breve tantum tempus gutta mari pertinaciter resistere

ܣܢܝ ܠܢܦܫܟ ܗܘܐ ܦܪܝܫܬ ܡܢܗ. ܣܠܩܘܬܗ ܕܡܫܝܚܐ 200
ܘܒܫܘܠܡܗ.
ܒܦܬܓܡܐ ܕܕܪܘܫܘ ܡܫܝܚܝܗܘܢ. ܠܗܕܐ ܐܬܠܒܫܘܢ ܒܚܕܘܬܗܘܢ.
ܘܦܬܓܡܐ ܕܦܘܠܘܣ ܡܢ ܐܬܡܠܠ. ܕܬܚܘܢ ܚܘܒܝܢ ܒܟܠܗܘܢ
ܐܠܗܝܢ.
ܗܘ ܕܒܝܫܐ ܚܝܐ ܚܛܝܬܐ. ܕܢܦܠܘܢ ܒܗ ܫܘܠܛܢܝܗܘܢ.
ܚܙܝ ܠܟܘܢ ܕܒܝܫܐ ܚܠܝܗ. ܕܬܦܪܘܢ ܒܗ ܡܫܬܝܗܘܢ.
ܒܗܠܝܢ ܐܡܪܐ ܡܫܡܠܝܐ. ܡܐܬܐ ܡܠܠܬܐ ܕܫܡܥܐ. 210
ܠܐܬܪ ܡܢܝܬ ܕܐܘܪܝ. ܘܒܗ ܒܢܝܢ ܐܒܝܠܘܬܗ.
ܗܘܬ ܠܗ ܡܕܝܢܬܗ ܒܢܝ ܒܡܠܬܗ. ܕܢܒܥ ܒܗ ܢܘܗܪܐ
ܕܫܠܝܚܐ.
ܬܠܬܐ ܕܐܬܪ ܠܗܘܢ. ܐܦ ܠܦܬܓܡܐ ܡܢ ܬܠܡܝܕܐ.
ܡܫܡܥܐ ܦܬܓܡ ܡܢ ܡܪܢ. ܘܐܝܟܢܐ ܠܟܪܘܙܝܢ ܒܫܡܬܗ.
ܠܗܕܐ ܡܪܢ ܦܪܝܫ ܗܘܬ. ܘܐܬܪ ܡܠܠܗ ܒܢܦܫ ܗܘܬ. 220
ܒܠܠܐ ܕܦܬܓܡ ܚܕܝ. ܘܒܝܘܡܐ ܕܝܘܡܐ ܕܒܢ.
ܩܝܡܬܐ ܒܟܪܘܟ ܡܬܠܡܝܕܝܢ. ܘܚܙܬܗܐ ܢܘܗܪܝܢ
ܒܠܚܘܕܝܢ.
ܡܢ ܬܪܬܝܢ ܬܘܚܝܢ ܕܢܦܩ. ܗܘܬ ܠܗ ܡܢܠܢ ܐܬܝܢ.
ܡܪܢ ܕܬܪܝܢ ܢܦܩܗ ܠܝ. ܘܐܬܪ ܢܦܩܗ ܬܠܡܝܕܐ.
ܒܩܠܐ ܕܒܢܗ ܠܠܠܐ. ܠܢܦܫܐ ܕܡܫܝܚܟ. 230
ܡܢ ܗܠܝܢ ܬܪܬܝܢ ܩܕܡ. ܐܬܪܗ ܢܘܚܝܢ ܣܠܩܘܬܐ.
ܘܢܦܩ ܡܢܟܐ ܫܒܝܐ. ܘܡܢܗܠܗ ܒܪܝܬܐ ܦܪܫܗ.
ܗܠܝܢ ܗܘܝܐ ܕܡܢܘܡܐ. ܐܠܐ ܠܬܠܬܐ ܘܬܫܥܐ.

---

214) Cod. ܢܘܚܐ.

potest, ne fluctibus ejus permisceatur. Itaque tua sponte dissolvere, dulcedine maris imbuere, ipsaque dulcesce! Abiistis, ut ignem suscitetis e cineribus sacrificiorum, quae praedecessores vestri obtulerunt, et fumum heri exstinctum hodie revivificare conamini. Maledicti, aspicite sacrificium vivum et per illud omnia quaerite, quorum indigetis! Deus dat vobis Filium suum in oblationem, per quam offeratis supplicationes vestras. Per hunc agnum coelestem petite petitiones coelestes! Coepi Assyriae exprobrare, sed inveni eam in urbe nostra. Civitas nostra facta est filia Babylonis, quia odor Chaldaeae in ea spiravit. Vapor Assyriae et fumus chaldaeorum nos excoecavit. Fumus ex Aegypto ortus urbem nostram suffitu suo foedavit. Aegyptus ignem accenderat et Assyria ab ea mutuo sumpserat; nos autem vapore exhalato oppressi et colore hoedorum tincti sumus. Harioli in urbe nostra vaticinantur et incantatores fines nostros pervagantur. Duo venti in nos spirantes spicas nostras in zizania transmutaverunt. Aegyptus afflavit nobis incantatores et Assyria chaldaeos. Turbo collegit spinas ad incendium procacitatis nostrae. E duobus illis angulis fumavit error idololotriae, sed diabolus tamquam ventus inde egressus eam super universum mundum extendit. Hoc ulcus hariolorum justi et prophetae sedulo curare studuerunt; injecerunt ei securim vocum suarum, sed

200

210

220

230

ܫܡܥ ܒܗ ܡܛܪܐ ܕܡܠܟܘܬܗܘܢ. ܘܠܫܘܠܛܢܐ ܠܐ ܐܡܪ.

240 ܒܗܕܡܐ ܕܡܬܪܘܡܝܢ ܚܢܢ. ܘܡܚܝܪ ܘܡܬܚܐ ܓܝܪ ܐܠܦ.

ܡܢ ܗܠܝܢ ܐܪܒܥ ܗܕܡܝܢ. ܦܠܓܘܗ ܠܐܣܛܘܟܣܐ
ܕܒܪܝܬܐ.

ܒܛܠܐ ܡܓܒܠ ܐܒܘܢܐ. ܘܥܒܕܗ ܐܝܫܥ ܠܒܪܬܗ.

ܐܦܩܗ ܘܢܦܫܗ ܚܝܘܬܢܐ. ܘܠܚܡܬܐ ܕܡܘܬܐ ܐܬܐ.

ܡܓܒܠ ܡܬܪܝܢ ܚܝܘܬܐ. ܘܐܬܪ ܡܢܗܘܢ ܟ̈ܠܗܝܢ.

250 ܘܐܬܪܘܝ ܠܐܬܪܗ ܠܡܡܬܐ. ܐܝܟ ܓܪܡܐ ܠܚܡܐ ܕܡܘܬܐ.

ܒܐܝܕ ܗܝ ܫܘܟܪܢܐ ܓܠܐ ܗܘܐ. ܐܦܩ ܒܪܗ ܕܣܘܟܠܗ.

ܘܐܬܦܪܣ ܗܘܐ ܕܢܚܡܝ. ܒܟܠܗ ܐܢܫܐ ܡܢ ܩ̈ܒܪܐ.

ܒܡܬܪܬܐ ܓܠܐ ܗܘܐ ܒܐܢܐ. ܐܝܟ ܪܡܙܐ ܕܒܠܥܕܠܗ.

ܕܡܬܡܠܝܢ ܒܠܐ ܩܝܡܬܐ. ܕܢܟܝܡܘܢ ܠܗܘܢ ܒܠܐ ܬܟܠܐ.

260 ܘܡܢ ܐܪܐ ܐܠܝܢ ܢܗܘܐ. ܒܠܐ ܠܪܒܗ ܕܗܘ ܩܝܡܬܐ.

ܡܫܡܠܝܐ ܒܗ ܐܠܝܢ. ܘܠܩܝܡܬܐ ܡܚܝܐ ܗܘܐ.

ܕܗܘ ܠܟܠ ܗܢܐ ܩܝܡܬܐ. ܐܢ ܕܢܫܬܘܩ ܒܠܒܗܘܢ ܠܐ ܢܚܐ.

ܘܐܢ ܐܠܦܝܢ ܠܐ ܡܫܬܠܡܝܢ. ܡܢ ܢܒ̈ܝܐ ܐ̈ܒܗܝܢ ܒܠܒܗܘܢ.

ܒܗܐ ܗܘܐ ܘܒܙܪܐ ܐܠܝܢ. ܘܡܢ ܩܝܡܬܐ ܐܬܚܡ ܐܠܝܢ.

270 ܠܡܬ ܠܟܠܗ ܒܕܪܝ ܐܠܝܢ. ܕܗܘܘ ܦܩܝܕ ܠܡܚܪܬܐ.

ܗܠܝܢ ܩ̈ܠܐ ܫܡܥ ܗܘܐ. ܘܠܡܛܝܬܐ ܡܦܩܕ ܗܘܐ.

ܠܩ̈ܠܐ ܕܒܝܬܐ ܡܚܦܪ ܗܘܐ. ܕܠܐ ܢ̈ܫܬܒܩܘܢ ܒܫܘܡܠܗ.

ܡܢܝܢܐ ܪܒܐ ܠܗ ܗܘܐ. ܘܡܬܒܠܗ ܕܓܒܪܐ ܫܠܡ.

ܕܠܐ ܚܠܦ ܗܘܐ ܕܢܐܚܘܕ. ܒܥܡܝܩܬܐ ܡܢ ܕܒܪܗ.

280 ܐܡܬܐ ܠܘܬ ܣܝܐܡܗ. ܠܐ ܒܗ ܒܐܝܕ ܗܝ ܫܘܟܪܢܐ.

---

274) Cod. ܢܫܬܒܩܘܢ.

illud ad sanationem non evasit. Incepit in membro Aegypti et exardescens in Assyriam pervenit; ab utroque hoc membro exorsum universum mundi corpus 240 dirupit. Ovum peperit vipera, et aspis adrepens ei auxiliata est; ovo rupto, basilisci evolaverunt et ad nidum columbarum profecti sunt. Aegyptus genuit incantatores, et ex Assyria chaldaei prodierunt; qui gressus suos in regionem nostram simplicem direxerunt, tamquam aspides in nidum columbarum. 250

Simili negotio etiam Job in generatione sibi coaeva occurrit et homines ab hariolis avertere conatus est. Justus, quemadmodum ipse in libro suo indicat, mulieres steriles invenit, quae ab hariolis vaticinia de liberis suis petebant. Sanctus vero, cum iis prope portam harioli obviam veniret, his verbis (14, 21) eas luculenter consolatus est, hariolum autem pudefecit : 260 Hariolus hic nescit dubiusque manet, utrum sui ipsius filii multiplicentur, anne minuantur; cur ergo pone tales nebulones erratis? His consolationibus eas dimisit et ab hariolis avertit, ad Deum autem direxit, 270 qui sterilitatem laetificat. Talibus gestis errantes colaphizabat et vestigia maligni abolebat, ne in regione ipsius invenirentur. Hanc interpretationem, quam lectio sacrae Scripturae mihi suggessit, confirmat zelus viri illius, qui nunquam cessavit vaticinia hariolorum suae aetatis irridere. Isaias etiam strenue circa idem 280

ܕܚܙܐ ܗܘܐ ܠܨ̈ܒܘܬܗ ܫܡܥܗ. ܕܟܕ ܐܚܘܗ̈ܝ ܠܒܢ̈ܝ ܗܘ̈ܘ.
ܠܡܘܕܐ ܕܫ̈ܢܝܐ ܐܝܟ ܗܘܐ. ܕܟܕ ܐܚܘܗ̈ܝ ܦܠܚܐ ܗܘܬ.
ܕܢ̈ܦܩܘܢ ܟܠܐ ܢܬ̈ܟܒܫܘܢ. ܕܡܠܬܐ ܗܘ ܦܫܝܐ ܕܫ̈ܡܝܢܗܘܢ.
ܐܦ ܗܘ ܬܘܒ ܠܡܪܝܡܐ. ܡܛܠ ܗܘܐ ܘܐܬܗܦܟ ܐܢܬܝ.
ܐܠܐ ܠܫܩ̈ܐ ܗ̈ܘܝ ܫܡܝܢ. ܘܠܡܬܗܦܟܢ ܐܝܟ ܗ̈ܘܝ. 290
ܐܡܪܐ ܠܗܝ ܡܢܬܐ ܐܢܬ. ܘܫܬ̈ܩܝܢ ܣܬ̈ܪܝ ܐܢܬ.
ܦܢܝ ܐܪ̈ܟܢ ܐܠܗܝ ܕܒ̈ܠܝܢ. ܠܫܡܫܝܢ ܡܢܬܐ
ܟܠ ܚܝܐ.
ܫܡܥܗ ܕܡܪܢܐ ܠܡܢ ܣܓܝ ܗܘ. ܘܩܝܡܐ ܠܗ ܡܢܬܐ ܐܢܬ.
ܘܠܐ ܗܘܘ ܫܡܥܗ ܕܟܠܗܐ. ܕܚܠܢܝ ܠܡܢܬܐ ܟܠ ܚܝܐ.
ܐܘܦ ܗܘܐ ܘܐܫܬܪܝ ܐܢܬ. ܘܡܢ ܐܝܕܐ ܚܛܝܬ ܐܢܬ. 300
ܘܡܫܬܡܥܢܗ ܕܡܢ ܐܡܗ. ܐܬܒܪܝ ܗܘܐ ܐܝܟܢܐ.
ܬ̈ܪܝܢ ܐܪ̈ܟܢ ܗ̈ܘܝ. ܟܠܗ ܫܡܥܗ ܠܡܬ ܐܡܪܐ.
ܘܐܡܪܐ ܗܘ ܐܡܪܐ. ܕܫܡܥܬܗܘܢ ܠܐ ܢܦܠܝܢ.
ܦܬܚ ܡܠܘܗܝ ܡܬܢܟܦܘܬܗܘܢ. ܐܝܟ ܦܝܫܐ ܡܢ ܐܢܫܐ.
ܘܠܐ ܠܘܬ ܢܦܫܗ ܠܡܬܒܥܝܐ. ܐܝܟ ܕܢܘܗܪܐ ܡܢܗܪܐ. 310
ܗܘ ܕܝܢ ܡܢܗܪܐ ܠܫܡܝܐ. ܐܡܪܐ ܕܐܬܒܠܬܗܘܢ.
ܡܦܫܗ ܪ̈ܕܝ ܐܝܟ ܕܐܝܬܝ. ܐܝܟ ܡܬܦܪܫܐ ܠܡܠܟܘܬܗܘܢ.
ܕܪ̈ܥܘܬܗܘܢ ܠܗܝ ܐܡܪܬܗܘܢ. ܬ̈ܟܣܝܗܘܢ ܕܠܟܠ ܘܠܡܫܬܡ.
ܕܠܡܟܬܒ ܐܢܬ ܠܡܬܦܫܢܐ. ܕܚܙܐ ܡܢܗ ܐܡܪ ܠܡܟܘܢ.
ܐܠܐ ܠܗܝ ܠܐܪ̈ܟܢ ܕܪ̈ܘܚܐ. ܡܢ ܦ̈ܬܓܡܐ ܘܡܬܓܒܝܢ. 320
ܡܢܚܐ ܠܡܟܬܒܗ ܘܡܠܟܘܬܗ. ܗܘܝܬ ܦܪܘܫ ܐܪ̈ܚܬܗܘܢ.

---

319) Pro ܐܠܐ fortasse corrigendum est ܠܗ.

negotium laboravit. Cum enim videret filias populi sui de pythonibus interrogandis sollicitas esse, obviam ivit turbae mulierum, quae pythones adibant, ut de sorte vitae liberorum suorum sciscitarentur. Tum hic quoque eas hac vehementi allocutione avertit, quamquam postea reversae in foveam interitus sui inciderunt 290 (8, 19—22): Pythones mortui sunt, sed filii vestri vivunt; cur igitur proficiscimini, ut hos mortuos de vivis interrogetis? Populus scilicet Domini vivus est, harioli autem Deo mortui; et interrogantes mortuos de vivis ad populum Dei non pertinent. Magnificavit commonefecitque eas dignitatis ipsarum, ut eas ab interitu 300 retraheret; et hoc modo deceptores verbo filii Amos pudefacti sunt. Isaias filias populi sui, quae turmatim pythones adibant, cautas reddidit, ne in retia eorum inciderent. Cohibuit lucrum ab hariolis, tamquam aquam ab arbore, ne deinceps, sicut antea, afflictos perturbarent. Cum autem mulieribus modos artis illorum 310 explicaret, astiti et audivi, ut intelligerem, quomodo dolos eorum propalaret. Ait enim, astutias illorum praecipue in eo consistere, quod nictantes oculos suos sursum deorsumque inflecterent, ut simplices in errorem inducerent, quasi visionem aliquam vidissent. His verbis mysteria eorum propalavit: Si ad eum proficiscimini, esurit, irascitur, blasphemat, maledicit 320 Regi suo et Deo suo. Quod autem ait, eum sursum

ܕܒܫܡܝܐ ܠܟܠ ܘܡܐܪܟܐ ܠܚܘܒ. ܐܫܬܡܥܬ ܗܘ ܕܡܫܝܚܘ̈ܬܐ.
ܕܡܐ ܕܐܫܬܠܛܘ ܒܦܓܪ̈ܝܗܘܢ. ܚܙܘ ܒܫܡܝܐ ܕܠܟܘܢ.
ܘܠܗܝ ܙܟܐ ܠܫܡܝܐ. ܕܟܠ ܐܦܘܬܐ ܡܠܟ ܗܘܐ.
330 ܘܡܠ̈ܟܘܬܗ ܕܗܘܝ ܡܢ ܗܫܐ. ܕܡܝܘܬܘܬܐ ܡܠܟܬ ܗܘܐ.
ܗܟܢ ܕܝܢ ܠܗ ܒܪ ܐܠܗܝ. ܕܢܠܡܕܬܐ ܕܡܠܝ̈ܐ.
ܕܐܦ ܠܡܝܬܝܗܘܢ ܠܫܡܝܐ. ܡܠܟܐ ܚܕܝܢ ܒܪܘ̈ܚܗܘܢ.
ܗܘܘ ܠܡܝ̈ܬܐ ܐܝܟ ܫܡܝܐ. ܕܢܥܠܘܢ ܒܩ̈ܐ ܡܢ ܚ̈ܝܐ.
ܘܡܚܝܘ ܐܠܗ ܩ̈ܠܝܐ. ܡܚܙܐ ܠܡܫܝܐ ܘܡܫܝܬܐ.
340 ܕܒܫܐ ܒܫܡܝܐ ܠܐ ܢܦܠ. ܐܠܐ ܒܝܘܡ ܡܬܚܝܠܝܢ.
ܢܚܬ ܒܪܘܚܐ ܒܡܪܘܡܐ. ܕܠܡ̈ܠܝܐ ܚܝܝܢ ܢܚܘܠ.
ܗܘܢ ܒܢܘܚܐ ܕܡܐ ܫܐܠ. ܕܓܙܐ ܘܒܙܪܗ ܚܘܠܗܠ.
ܡܠܠ ܡܢ ܙܒܢܝܢ ܕܟܠܗܘܢ. ܫܐܠ ܐܝܟܘ ܘܠܐ ܐܬܐ.
ܫܠܡ ❖

XXXVI.

ܕܐܦܪܝܡ ܠܟܠܗܘܢ ܕܚܘܒܐ ❖

1 ܦܢܝ ܕܡܪܟܒܐ ܠܟܢ ܦܫܝܛܐ. ܐܢ ܚܙܐ ܠܗ ܕܡܫܟܚܝܢ.
ܠܡܐ ܐܢܫܘܢ ܗܘ ܡܚܪܘܒ ܠܗ. ܕܐܢ ܡܠܟ ܒܢܚܐ ܒܪܝܬܐ.

---

[348]) Secunda manu ܕܫܐܦ.

XXXVI. Cod. add. Mus. Brit. 14591, p. 44 (K).

suspicere et ad terram intueri, modus est blasphemiae; quando enim blasphemias suas proclamabant, coelum intuebantur, ut ei maledicerent. Haec audivi Isaiam de pythonibus loquentem, ut filias Sion e laqueo hario- 330 lationis liberaret. Hoc modo filius Amos mendacitatem chaldaeorum mihi depinxit, qui astutiis suis vel palpebras suas diabolo tamquam nidum, in quo habitet, committunt. Palpebrae factae sunt pro rutabulis, quibus culices ab oculis abigantur; sed chaldaei eos in vincula ad captandos imperitos imperitasque commutaverunt. Palpebris, quae impedire debent, quominus culex in oculum incidat, eo fine utuntur, ut homines in illis submergantur. O Creator, increpa 340 callidos, qui columbas thalami tui perturbaverunt! Exsuffla serpentem, quae sanguinem odorata avem et pullum ejus simul aggreditur et non timet, manum characteri tuo iis impresso superimponere!

Finis.

XXXVI.

DE EODEM ARGUMENTO CARMEN ALTERUM.

Educator filii regis, si eum graviter aegrotare ani- 1 madvertit, confestim ad patrem ejus currit, ut ipse, filio

ܕܠܐ ܡܫܒܚܐ ܕܐܒܘܗܝ ܘܐܡܗ. ܠܐܚ ܐܚܐ ܠܐ ܢܘܒܩܝ ܠܗ.
ܕܠܒܐ ܢܛܪܘܢ ܠܙܘܒܢܐ. ܕܡܢ ܒܣܢܝܘܢ ܐܬܕܢܝܢ.
ܐܦ ܐܢܬ ܐܢܬܬܐ ܠܐܠܗܐ. ܡܙܒܢܢܘܬܐ ܐܢܬܝ ܠܒܢܝܟܝ. 10
ܕܡܠܟܘ ܐܢܘܢ ܝܚܝܕ ܬ̈ܠܡܝܕܘܗܝ. ܕܠܗ ܢܣܒܘ ܐܢܘܢ
ܒܥܪܘܒܢ.
ܗܘ ܢܨܚ ܡܫܒܚܐ ܕܒܢ̈ܘܗܝ. ܐܚܝܢ ܘܩܒܠܝܢ ܠܦܐܣܘܢ.
ܒܒܫܪܐ ܢܦܠ ܐܢܘܢ ܡܠܝܢ. ܘܠܗܝܢ ܐܡܠܟ ܕܩܪܒܐ ܐܢܘܢ.
ܒܬܪ ܡ̇ܠܟܐ ܕܟܠ ܠܒܪܘܢ. ܡܢ ܡܫ̈ܝܚܐ ܒܪܐ ܫܒܚܘܗ ܠܗ̇.
ܘܢܘܒܠܘܗ ܠܗܘܢ ܕܢܙܒܢܝܢܘܢ. ܐܝܟ ܡܫܘܚܐ ܠܐܡܗ ܕܡܫܘܚܐ. 20
ܡܫܘܚܐ ܫܐܝܠܐ ܒܡܬ ܐܒܘܗܝ. ܘܙܐܘܡܐ ܒܒܢܝܐ ܕܐܡܗ.
ܢܦܩ ܒܬܪܐ ܡܢ ܚܠܒܗ. ܘܦܪܫ ܢܦܫܗ ܠܡܠܟܘܬܗ.
ܕܬܫܘܒܚܬܗ ܠܐ ܡܬܚܙܝܐ ܗܘܬ. ܕܗܘܐ ܠܗ ܒܪܐ ܠܒܥܠܬ
ܡ̇ܠܟܬܐ.
ܒܢܘܗܪܐ ܐܡܪܐ ܫܒܚܬܗ ܗܘܬ. ܘܡܢܐ ܠܗ ܠܒܢܝܐ ܕܐܘܪܚܐ.
ܠܒܪܐ ܗܘܐ ܗ̇ܘܐ ܡܢ ܒܪܫܐ. ܕܒܗ ܡܫܒܚܝܢ ܕܕܠܐ ܐܒܪܐ. 30
ܢܐܬܐ ܗܘܐ ܡܢ ܡܠܟܘܬܗ. ܒܒܪܐ ܡܢܗ ܢܦܩ ܗܘܐ.
ܐܝܟ ܕܠܒܫ ܒܪܐ ܦܓܪ. ܐܦ ܐܢܬ ܠܒܫܬ ܫܠܝܚܬܐ.
ܕܡܢ ܡܫܝܚܐ ܡܫܘܚܐ ܡܠܟܐ ܗܘ. ܘܡܢ ܡܫܝܚܐ ܒܪܘܟ
ܦܘܪܩܢܐ ܗܘ.
ܒ̇ܟܐ ܠܐܡܗ ܐܠܗܘܬܗ. ܘܒܢܝܐ ܕܒܪܐ ܫܡܫܘܗܝ.
ܗܘ ܬܐܓ ܬܚܐ ܠܒܪܗ. ܘܠܗܘܢ ܡܙܒܢܬܐ ܠܐ ܬܒܛܠ. 40
ܦܪܘܩܐ ܐܘ ܐܢܬ ܠܟܘܢ. ܠܒܢܝܗܘܢ ܕܒܢܬ ܐܢܘܢ.

---

[22]) Secunda manus post ܘܙܐܘܡܐ addidit ܗܘܐ.

[38]) Fortasse ܢܫܬܡܠܘܢ.

demortuo, innocens declaretur. Non tradit eum medico, patre et matre ejus inconsultis, ne postea inculpetur, quod negligentiâ suâ eum excruciaverit. Te quoque, o mulier, Deus educatricem liberorum tuorum constituit. Liberi enim tui Ejus sunt, cui eos firmissima 10 promissione tradidisti. Ipse tibi consilietur, quomodo et per quem sanandi sint! In baptismo eos a te accepit tibique rursus ad educandum commisit. Filia Regis, Ecclesia, filium tuum ex aquis adoptavit eumque tibi reddidit, ut eum educares, quemadmodum Moyses matri suae traditus est. Moyses erat mutuo datus in 20 domo paterna et alumnus in gremio matris suae. Suxit lac ejus pro mercede et hoc beneficium genitricis suae remuneratus est. Mater eum contemnere non potuit, quia filius filiae Pharaonis factus erat. Projecerat eum in flumen tamquam agnum, sed ille robur leonis sibi acquisivit. Inde ab utero mercator erat; nam, cum absque mercede lac matris suae sugere po- 30 tuisset, pro mercede id suxit. Tu quoque, o mulier debilis, educa filium tuum tamquam filium Ecclesiae; nam filius tuus ex aquis spiritualis est, quemadmodum Moyses ex aquis rex erat. Flentem affer matri suae et depone in gremio Ecclesiae. Ipsa curabit salutem filii sui, ita ut nullam vituperationem incurras. Avis, 40 si homo ad pullos ipsius appropinquat, ab iis aufugit, et ultra jam non ad eos revertitur, quia ille manum iis

ܘܐܢ ܢܓܒܐ ܐܝܟ ܕܟܠܗܘܢ. ܟܘܒ ܠܐ ܐܟܠܐ ܙܪܝܥܘܗܝ.
ܐܦ ܦܪܚܐ ܕܡܘܬܐ ܐܢ ܗܘ. ܕܓܒܐ ܐܝܟ ܕܩܝܘܡܐ.
ܟܠ ܬܟܠܬܗ ܡܫܡܫ ܐܢܘܢ. ܕܢܘܚ ܣܗܕܐ ܡܫܬܥܐ ܠܗ.
50 ܢܒܐ ܒܬܟܠܬܗ ܦܪܝܫܬܐ. ܕܐܦ ܐܬܬܚܝܕܘ ܠܐ ܣܒܪܐ ܠܗܘܢ.
ܘܢܘܚ ܡܘܕܝܐ ܐܢ ܐܬܬܚܫܒܘ. ܒܠܒܘܬܗ ܦܓܥܬ ܘܠܐ ܚܙܝܐ
ܠܗܘܢ.
ܣܗܕܬ ܐܒܗܐ ܠܟܠܗܘܢ. ܠܐ ܬܫܒܘܚ ܐܢܘܢ ܒܬܫܡܫܬܗܘܢ.
ܕܠܐ ܢܡܕܘܢ ܟܠ ܡܠܐ ܐܢܫ. ܘܠܐܦܐ ܕܡܘܡܬܐ ܢܫܟܘܢ.
ܠܡܢ ܚܕ ܐܦܐ ܬܪܘܝܢ ܐܢܘܢ. ܠܡܘܬܐ ܠܟܠܗ ܕܢܘܚܐ ܐܢܘܢ.
60 ܠܐ ܢܫܟܘܢ ܐܦܐ ܐܚܪܢܐ. ܕܠܐ ܢܡܠܠܘܢ ܐܠܗܐ.
ܠܐ ܬܢܩܦܘܢ ܒܡܘܬܐ. ܠܡܢ ܦܠܓܐ ܕܪܘܚܐ ܙܕܩܝܢ.
ܠܐ ܠܡܢܘ ܐܪܝܐ ܒܪܚܡܐ. ܒܩܝܡܐ ܦܐܪܐ ܠܐ ܬܪܡܝܢ.
ܠܐ ܬܫܡܥܘܢ ܠܟܘܢ ܡܪܝܐ. ܣܗܕܐ ܒܩܝܡܐ ܘܕܝܢܐ.
ܕܠܐ ܬܦܠܓܘܢ ܠܥܡܐ ܕܒܠܒܟܘܢ. ܟܠ ܣܗܕܐ ܕܡܪܝܬܘܢ.
70 ܠܓܒܬܘܢ ܠܟܘܢ ܡܪܐ ܒܟܠܝܐ. ܘܦܠܚܬܘܢ ܠܟܘܢ
ܠܩܝܘܡܐ.
ܣܗܕܬ ܟܘܢ ܠܢܫܘܬܐ. ܘܡܢ ܡܫܝܚ ܠܡܫܝܚܐ.
ܡܠܟܝܢ ܒܟܠܗܘܢ ܡܫܬܘܝܐ. ܡܢܬܐ ܡܪܚܡܬ ܠܟܠܗܘܢ.
ܣܗܕܬ ܡܪܝܬܐ. ܠܡܪܝܐ ܡܢ ܐܝܟܠ ܐܢܘܢ.
ܕܒܪܬ ܚܕܪܐ ܡܢ ܗܘ ܡܒܪܗ. ܘܕܡܫܡܠܝܬܐ ܡܢ ܡܪܗ.
80 ܣܪܐ ܢܦܫ ܒܟܠ ܡܬܬܡܝܢ. ܘܒܟܠ ܡܪܝܐ ܗܡܫܠܡܬܘܢ.
ܠܚܕ ܐܦܐ ܡܢܟܘܢ ܬܟܠܬܟܘܢ. ܠܚܕ ܟܠܗ ܟܘܒ ܢܫܟܘܢ.
ܠܟܘܢ ܡܢܟܘܢ ܐܦܐ ܒܟܠܗܘܢ. ܠܟܒܬܐ ܒܟܠܗ ܠܡܢܟܘܢ.

---

68) Prima manu ܕܪܘܫ.

69) Primitus ܠܓܒܝ.

injecit. Etiam Spiritus Sanctus relinquit liberos suos, si manus harioli eos apprehendit, quia odorem satanae abominatur. Avis zelatur pullos suos, ideoque non jam visitat eos, postquam manu apprehensi sunt; 50 et Spiritus Sanctus filios suos, si divinationibus maculantur, abominatur et videre renuit. Noli filiis tuis talibus malis artibus multos patres ostendere, ne cuilibet committantur et veri Patris obliviscantur! Ad unum Patrem dirige eos, domui Dei assuefac eos, ne alium patrem discant et tu meretrix habearis! Noli 60 in servitutem ejicere filium Regis, qui apud te educatur! Ne sinas, leonem molam circumversare! Ne projicias fructum tuum vaticinatoribus! Noli tibi multos dominos constituere, hariolos nempe et fatidicos, ne animas liberorum tuorum multitudine dominorum tuorum humilies! Chaldaeum constituisti tibi dominum, ab- 70 jecta servitute colis hariolum, adoras astrologum et quasi superfluum fortasse etiam Christum. Omnes has subjectiones hereditate relinquis filiis tuis; o serva multorum dominorum, commenda eos unico Domino! Matrona nobilis unum tantum maritum et mulier fidelis unum tantum Dominum habet. Marito tuo fideliter custodi votum tuum et Domino fidem tuam! Unum 80 tantum patrem agnoscunt liberi tui, unum quoque agnoscant Deum! Te tantum matrem suam noverunt, et Ecclesiae tantum noti sint! Condi eos pulvere

ܡܠܟܘܬ ܐܝܟ ܒܡܫܪܐ ܕܟܝܢܗ̇. ܕܫܘܠܛܢܐ ܗܘ ܠܐ ܐܢܫܝܐ

ܕܗܘܡܠܟܝܢ.

ܒܡܠܟܘܬܗ ܕܫܡܝܐ ܠܢܦܫܝ. ܘܟܠ ܫܘܒܚܗ ܠܛܘܪܣܝ.

ܐܝ ܡܠܐܟܐ ܠܟܘܢ ܒܡܠܐܟܘܬܗܘܢ. ܚܙܝ ܐܝܟ ܟܠ ܐܒܗܘܗܝ. 90

ܒܗ ܒܡܠܗ ܐܦܠܐ ܐܝܟ. ܕܢܫܠܘܛ ܐܝܟ ܒܫܒܝܠܗ.

ܠܐ ܥܐܠܝܢ ܡܠܐܟܐ ܕܡܘܕܝܐ. ܕܠܐܚܪܗ ܒܐܚܪܗ ܒܠܝܐ.

ܕܒܠܬܗ ܕܒܠܗܡܪ. ܒܒܠܬܗ ܒܠܡܕܐ ܐܡܬܡܬܬ.

ܐܚܪܐ ܕܪܘܡܐ ܐܬܦܠܛܬ. ܘܗܦܟܬܗ ܡܢ ܡܠܟܘܬܗ.

ܟܠ ܕܐܝܬ ܒܡܠܐܟ ܡܘܕܝܐ. ܕܡܢܗ ܠܒܬ ܗܘܬ ܫܡܫܐ. 100

ܫܡܫܐ ܕܗܘܐ ܐܝܬ ܗܘܐ. ܕܡܢܗ ܕܪܘܚܐ ܒܠܝܐ.

ܕܡܢܗ ܠܗܘܢ ܣܡܟܪܗ ܐܚܪܝܢ ܗܘܬ. ܒܐܝܬܘܬܐ ܟܠ ܕܐܬܡܠܟܬ.

ܐܫܬܡܠܝܬܐ ܕܢܐܬܐ. ܘܡܐ ܕܡܠܟܐ ܦܫܛ ܗܘܐ.

ܦܪܨܘܦܐ ܗܘ ܠܟܠ ܚܙܪ ܡܠܟܘܬܝ. ܘܐܘܡܬܐ ܠܥܡܗ

ܘܠܥܪܘܩ.

ܡܬܡܠܐ ܗܘܐ ܒܐܝܬܘܬܐ. ܕܢܐܬܐ ܒܗܬ ܟ̈ܠܝܐ. 110

ܒܫܡܝܐ ܠܡܠܟܐ ܡܬܩܪܐ. ܘܠܐ ܐܬܦܪܫ ܡܢ ܥܡܗ.

ܬܡܢ ܐܝܬ ܠܟܠ ܘܐܬܚܬܡ ܫܡܫܐ. ܘܠܐ ܐܝܬ ܡܢ

ܡܫܡܠܝܢܗ.

ܬܘܠܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܡܢܚܐ ܠܗ. ܘܠܐ ܢܦܩ ܒܐܪܥܗ

ܒܐܠܗܐ.

ܐܝ ܒܡܠܐܟܐ ܫܝ ܠܗܐ. ܕܐܝܬ ܒܗܘܢ ܡܠܟܐ ܫܪܝܐ.

ܒܬܠܡܝܕܘܗܝ ܕܥܕܬܐ ܒܡܠܐ ܠܗܝ. ܐܝ ܠܐܚܪܢ ܐܝܟ 120

ܩܝܘܡܐ.

ܡܬܡܠܐ ܠܗ ܐܦ ܕܡܚ. ܠܐܘܡܬܐ ܕܟ̈ܠܝܐ.

ܘܡܫܪܬܐ ܐܫܬܡܠܬܗܘܢ. ܒܡܐܬܘܪܐ ܕܫܡܫܝܢ ܘܡܠܟܬ.

---

117) Vox ܐܝ secunda manu addita est.

domus ejus, qui fideli sanationem praestat; laventur in fonte Sponsi et enutriantur ad mensam ejus! Si te dolorum illorum miseret, jacta eos in Patrem ipsorum, 90 prosterne eos in domo ejus, ut gratiâ suâ illorum curam gerat! Ne tradas vas sanctuarii in manum chaldaei; nam clamor Baltassar regis in toto mundo auditus est. Manus coelestis se extendit eumque de regno deturbavit; quia e vasibus templi biberat, gladius sanguinem 100 ejus lambit. Gladius sitiens bibit sanguinem Chaldaei ebrii; justitia ob elationem ejus effudit sanguinem ejus cum vino ejus. Daniel, tamquam speculator, his verbis zonam regis discidit: Prostratum est regnum tuum et Medis Persisque datum. Statera justitiae erat Daniel inter chaldaeos. Reverentia coronae eum 110 non prohibuit, quominus regem tamquam deficientem hac sententia accusaret: Appensus es in statera et inventus es minus habens. Nullo modo ob timorem potestatis contremuit. Quamquam rex tertiam partem regni ei obtulit, non tamen his illecebris permotus est, ut personam illius acciperet. Si ergo Deus zelatus est vasa aurea, ex quibus rex tyrannus biberat, quanto magis zelabitur filios Ecclesiae, si ab hariolis attrectantur. 120

David quoque artem chaldaeorum enarrat eorumque fraudes in psalmo septuagesimo tertio propalat. Illic enim demonstrat, quale initium ceperit ars chal-

ܒܗ ܡܫܘܐ ܕܐܒܘܢ ܓܙܪܬܗ. ܡܟܝܢܘܬܐ ܘܐܡܝܢܐ.
ܘܡܢ ܐܣܝܐ ܠܟܠܬܐ ܘܐܡܟܢ. ܓܙܪ ܗܝ ܚܘܫܒܐ ܒܒܪܝܬܐ.
ܠܐ ܕܝܢ ܬܫܒܘܪ ܠܟ ܚܒܪܐ. ܕܐܘܡܢܐ ܐܢܐ ܕܟܝܢܘܬܐ. 130
ܠܒܢܐ ܗܘ ܒܪܝܟ ܠܗ ܬܪܘܗܝ. ܕܒܪܝܬܗ ܐܦܪܫܗ.
ܣܠܩ ܦܠܚܘܬܗ ܕܒܢܝܐ. ܐܝܟ ܫܟܝܢ ܒܡܕܪܗܘܢ.
ܘܐܡܢܐ ܦܡܐ ܒܝܬܗ. ܒܡܬܡܟܪܗ ܠܟܠ ܩܛܝܪܐ.
ܠܡܫܘܚ ܟܠ ܣܘܡܐ ܕܠܡܥܠ. ܒܥܬܝܕܐ ܒܪܝܪܐ ܕܐܬܐ.
ܠܟܘܢ ܢܒ ܠܐܫܪܝܟ. ܘܒܒܪܝܐ ܦܝ ܠܟܪܝܡܐ. 140
ܐܢܐ ܠܟܠ ܠܝ ܡܠܟܘܬܐ ܢܝܬܝܢ. ܡܬܢܚܡܝܢ ܗܘܘ ܠܟܠ
ܡܠܟ̈ܐ.
ܢܒܐ ܝܗܒ ܒܟܘܠܐ. ܕܣܝܡܐ ܡܠܟܐ ܠܟܪܝܣܛܝܢܐ.
ܣܘܪܝܐ ܕܝܢ ܡܟܝܢܘܬܐ. ܡܢ ܡܗܝܡܢܘܬܐ ܘܡܟܝܢܘܬܐ.
ܘܗܘ ܡܬܡܟܪܐ ܡܫܡܫܐ. ܕܐܡܢܐ ܗܘܐ ܡܫܪܝܗ.
ܫܪܝܐ ܗܘ ܠܟܠ ܡܗܝܡܢܘܬܗܘܢ. ܘܒܟܒܪܐ ܠܐ ܐܫܠܡܗܘܢ. 150
ܘܟܠܗ ܦܫܐ ܠܟܢܝܫܬܐ. ܕܠܬܝܢ ܒܗܘܢ ܬܪܬܝܢ.
ܒܡܗܝܡܢܘܬܗܘܢ ܘܒܐܫܬܘܬܦܘܬܗܘܢ. ܦܪܫܗ ܗܘܐ ܢܒܝܘܬܐ.
ܒܝܬܐ ܕܒܢܝܐ ܠܢܦܫܐ. ܘܢܒܝܝܢ ܐܦ ܬܘܡܢܝܐ.
ܠܐ ܒܒܢܠܐ ܠܟܠ ܐܠܗܘܢ. ܘܐܫܬܘܕܝ ܐܦ ܐܠܗܝ.
ܡܢ ܗܢܐ ܐܘܪܚ ܕܝܒܠܐ. ܐܬܟܝܢ ܒܟܝܢܘܬܐ. 160
ܡܢ ܗܕܐ ܐܝܟ ܐܠܘ. ܡܫܬܪܪܬܐ ܒܪܟ ܐܝܩܪܗ.
ܡܟܝܢܐ ܐܠܘ ܒܚܘܡܢܐ. ܕܠܐ ܢܬܒܥܘܢ ܡܢ ܐܠܗܐ.
ܐܬܒܢܝܘ ܒܠܐ ܘܦܘܡܢܐ. ܠܟܢܘ ܢܬܒܢܘܢ ܐܝܟ ܡܕܝܢܬܐ.
ܢܥܒ ܐܝܟ ܬܪܥܐ ܒܒܝܬܗܘܢ. ܝܬܝܪܐ ܒܡܠܐ ܦܪܝܐ.
ܐܬܦܢܝܘ ܘܡܠܟܘ ܒܠܐ. ܣܒܥܘܢ ܦܪܩ ܒܟܢܘܫܗ. 170

daica, et quomodo, qua ex causa, quando hoc vulnus mundo inhaeserit. Noli autem putare, puer, me hanc interpretationem confinxisse, sed ipse propheta explicavit 130 mihi mysteria sua, ut ea aperte promulgarem! Vide, quomodo intentio prophetae chaldaeos persequitur et in hoc psalmo contra eos summo studio disputat! Primo serpentem callidam hoc simplici verbo conculcat: *Deus bonus est Israeli*, et per *simplices* astutos contrivit. 140 *Mei autem pene moti sunt pedes cum gressibus meis; quia zelavi super iniquos, pacem peccatorum videns.* Initium vero sumpsit ars chaldaea a stultitia et avaritia, ideoque psalmus hoc modo originem ejus enarrat: *Multa est stultitia eorum et in labore non sunt.* Laqueos 150 disponebant mulierculis, ut sibi in iis duplicem finem caperent. Nam ob stultitiam et cupiditatem suam hunc errorem excogitaverunt, quo et turbam mulierum ad se allicerent et donis ab iis allatis pascerentur. Quod in labore non sint, significat igitur, eos voraces et impudicos esse. Ex duplici hoc dolore pariendi nata est ars 160 chaldaea. *Ideo tenuit eos superbia*, vel potius ipsi tenuerunt illam, illitique sunt fuco ejus, ita ut coram nemine pudoris rubore suffunderentur. *Obtecti sunt iniquitate et impietate*, quia errorem tamquam pallium induti sunt. *Prodiit quasi adeps iniquitas eorum*, scilicet blasphemia altisona. *Excogitaverunt et locuti sunt nequitiam*; excogitatio eorum incepit cum 170

ܒܦܘܡ ܚܡܪ ܕܐܬܒܣܡܘ ܒܒܣܡܬܐ. ܗܕܝܢ ܫܪܝܘ ܒܥܘܬܐ.
ܠܡܘܢܐ ܥܠ ܡܫܝܚܐ ܡܠܠܠܗ. ܘܫܐܠܘ ܠܗ ܦܦܩܕܘܗܝ
ܒܫܡܝܢܐ.
ܘܠܡܠܘܗܝ ܡܗܠܟܝܢ ܒܐܘܪܚܐ. ܒܫܠܝܐ ܡܠܠ ܕܪܘܡܐ.
ܡܛܠ ܠܗܢ ܕܐܠܐ ܒܪܘܡܐ. ܠܐ ܫܒܩ ܠܡܫܝܚܐ ܕܢܗܘܐ.
180 ܗܘ ܡܬܬܘܕܝܢ ܒܠܒܝ̈ܐ. ܕܠܡܬܒܠܒܠܘܢ ܥܠ ܐܘܪܚܐ.
ܘܠܡܠܘܗܝ ܡܗܠܟܝܢ ܒܐܘܪܚܐ. ܠܡ̈ܫܡܠܝܐ ܡܢ ܗܘܦܐ.
ܕܗܘܝܢ ܐܘܪܚܐ ܠܡܠܠܬܗܘܢ. ܘܕܡܫܪܝܢ ܫܘܕܥܝ̈ܗܘܢ.
ܢܦ̈ܫܐ ܠܟܠܡܐ ܐܒܪܗ ܗܘܘ. ܠܐ ܗܘ ܡܓܠܐ ܕܒܒܠܐ.
ܕܠܡܟܠܝܢ ܡ̈ܠܝܢ ܦܫܐ ܐܠܐ. ܠܐܢܫܘܢܝ ܘܠܡܫܘܪܝܢ.
190 ܘܡܡܠܠ ܡ̈ܠܝܐ ܫܪܝܪܐ. ܕܠܡܬܦܪܘܢ ܠܡ̈ܠܠ ܦܪܘܫ.
ܕܗܢܐ ܠܗܢ ܟܡܐ ܕܡܓܝܡܘ. ܡܢ ܫܘܠܛܢܐ ܠܐ ܢܦܩ.
ܫܦܪܘ ܕܢܝܚܠܘܢ ܠܐܘܡܢܐ. ܡܢ ܡܬܬܦܪܫܝܢ ܠܡܠܠܬܐ.
ܘܐܬܚܫܒ ܦܘܫܐ ܒܠܒܐ. ܕܢܡܠܠ ܗܘܬ ܠܡܡܠܠܘܗܝ.
ܫܡܥܘ ܠܗܢ ܦܘܡܗܘܢ ܒܫܡܝܢܐ. ܘܐܬܚܒܘܗܪܘ ܥܠ
ܒܚܝ̈ܠܬܐ.
200 ܘܗܡܢܝܢ ܐܢܘܢ ܗܘܘ. ܕܐܝܟ ܬܘܒܠܗ ܡܠܠܠܗ ܠܗ.
ܡܬܚܫܒ ܗܘܐ ܠܡܥܡܪ ܒܗܢ. ܠܗܘܪܐ ܘܠܒܗܬ ܡܠܝܐ.
ܐܦ ܒܗܕܐ ܬܘܒ ܠܐܬܚܫܪܘܢ. ܐܝܟ ܕܐܬܒܐܪܘ ܝܘܡ ܡܠ̈ܟܐ.
ܡܠܟܐܬܗ ܠܗܢ ܠܡܥܒ ܠܗ. ܟܡܐ ܢܣܐ ܒܗܘ ܝܘܡܢ.
ܘܠܐܡܪ ܐܝܢܐ ܕܒܗܘܢ. ܕܐܡܪ ܢܝܚ ܠܗܘܐ.

---

[179] Cod. ܒܡܬܬܘܕܝܢ.

partu ejus. Eo ipso enim, quod malitiam excogitaverunt, eam in mundum introduxerunt. *Calumniam contra Altissimum locuti sunt, os suum in coelum posuerunt; et lingua eorum in terra ambulat.* Magna hic emphasi argumentum suum auctor profert. Chaldaei scilicet promittunt, se ea in terra enarraturos esse, quae scientia Dei in excelsis tantum coelorum manifestavit. Dum autem ait, linguam eorum in terra ambulare, auditores vituperat, quia facti sunt quasi terra verbis illorum, fidem praebendo blasphemiis eorum. Prophetae populo praedicaverant, illum post septuaginta annos e captivitate Babylonica reversurum esse in ditionem et hereditatem suam. Ideo chaldaei maledicti, ut Persis placerent, hoc oraculum protulerunt : Populus hic, quem in captivitatem abduxisti, nunquam e potestate tua egredietur. Sperabant, se hac sua adulatione erga regem mendacii convicturos esse Jeremiam. Efferbuit Spiritus in Propheta, ut contra eos loqueretur : Os suum in coelum posuerunt et se arcana scire gloriati sunt; rex quoque fraudulentus iis fidem adhibuit, quia secundum ipsius mentem loquebantur. *Propterea revertetur populus meus huc,* ut pudefiant chaldaei. In hac quoque re contemptui exponentur, quemadmodum circa explicationem somniorum pudefacti sunt. *Plene enim inveniet sibi populus* quietem in Sion, *et dicet* justus inter illos constitutus :

180

190

200

210 ܕܪ̈ܡܫܐ ܒܒܠܡܐ ܡܘܢ. ܘܟܡܢ ܚܣܠܐ ܡܠܝܐ.
ܡܡܠܠܗ ܕܢܦܫܐ ܠܠܡܘܗܝ. ܗܠܝܢ ܠܟܝ ܗܘ ܡܡܠܠܝܢ.
ܘܐܠܐ ܠܚܘܪܝ ܕܟܠܗ ܠܟܘܢ. ܘܐܫܬܝܗ ܐܚܪܢ ܡܫܡܫܬܐ.
ܗ̇ܘܝܐ ܠܡܫܡܫܬܐ ܠܡܫܒܠܗܘܢ. ܘܠܗ ܢܡܘܣܐ ܥܠ ܚܝܒ.
ܐܡ̇ܪ ܡܪܝܐ ܠܢܦܫܐ. ܒܚܘ̈ܠܐ ܠܦܓܪ ܠܡ ܐܠܗ.
220 ܕܠܡܐ ܐܫܬܥܝܘܗܝ ܥܠܝܗ. ܕܬܗܘܐ ܐܡ̇ܪ ܠܗ ܠܐ ܡܪܝ.
ܐܝ ܗܘܝ ܠܟܝ ܕܐܡܪܬ ܕܐܬܟܢ. ܐܫܬܥܝܘܗܝ ܚܘܠܐ ܗܘ ܡܟܬܒ.
ܡܠܐ ܠܟܝ ܐܝܟ ܡܫܡܫܢܐ. ܘܒܐܪܚܐ ܡܫܡܫܝ ܘܐܫܬܥܝ.
ܕܐܝܬܝ ܒܐܝܕܝ ܕܡܫܡܫܢܐ. ܘܥܪܩܬܗ ܠܝ ܘܐܪܥܠܬܗ.
ܘܡܢ ܢܡܘܣ ܡܫܪܝ ܐܡܪ ܐܠܐ. ܕܡܫܢܫ ܡܟܠܗܘ ܗܘ
ܠܠܠܠܟܝ.
230 ܗܘ ܢܡܪ ܩܫܝܫܝ ܠܐܚܘܗܝ. ܠܟܝ ܕܢܚܡܢ ܡܠܠܝ
ܠܠܠܠܟܝ.
ܐܠܐ ܢ̈ܦܫܗ ܕܐܬܦܪܫ ܠܝ. ܠܗ ܡܫܡܫܢܝ ܕܒܢܝܢ
ܕܐܢܫܝܢ.
ܢܐܦ ܠܦ ܡܫܡܫ ܡܪܝܐ ܬܘܒܠܘܢ. ܐܫܬܥܝ ܒܗܠ ܬܕܡܟܬܝ.
ܒܟܡܪܐ ܡܫܡܫܐ ܗܘܝܬ ܠܟܡܝ. ܠܬܘܒܐ ܢܦܬܠܘܢ ܬܬܠܗ.
ܘܡܠܝܘܬܐ ܕܒܠܝܠܐ ܢܦܫܬ. ܐܝܟ ܒܟܡܪܐ ܒܫܐܪܘܬ
ܡܫܬܡܫ.
240 ܠܡܫܡܫܝ ܟܘܐ ܐܟܘܠ. ܘܣܢܬܐ ܕܒܝܬܐ ܐܣܪܐ ܒܗ.
ܒܢܦܫܟ ܠܟܝ ܐܪܐ ܘܐܣܪܐ. ܕܣܢܬܐ ܕܟܬܝܒܐ ܠܐܒܘܢܐ ܗܘ.
ܐܝܟ ܠܥܠܡܘܗܝ ܬܫܡܫ ܠܟܘܢ. ܘܬܪܥܐ ܐܠܘ ܒܝ ܠܫܪܫܟܘ.

---

225) Cod. ܒܐܪܝ.

Quomodo scit Deus? Impius in mundo felix est et fortis potentia chaldaeus. Hîc de iis conqueritur Propheta, quasi expostulans: *Ecce isti felices sunt; et ego solus mundavi cor meum lavique manus meas in munditia. Traditus sum flagellationi coram iis tota die*, id est per totam vitam meam. Ait Dominus Prophetae: Cur zelas super iniquos? Num forte quaeris, ut iis similis fias. Respondit ei: Nequaquam, Domine mi! *Si dicerem, me acturum esse sicut illos, hoc scelus esset in oculis meis. Quid enim mihi est in coelo et in terra praeter te aut tui simile? Quia tenes manum dexteram meam*, ut me ad te adducas et deinde libere dimittas. *Etiamsi deficit caro mea, Deum partem meam in aeternum dico. Quia ecce, qui se elongant a te, peribunt in aeternum cum iis, qui abs te aberrant. Ego ad te accedere volui*, non violentiâ a Te obmurmurans adductus sum. *Bonum mihi est nomen tuum, Domine, fiducia mea; narrabo omnia mirabilia tua. Ut jumentum mutum factus sum apud Te;* traxisti me ad fornacem et in eam ingressus sum, et in fovea, in quam sine mora descendi, tamquam jumentum ex libera voluntate silui. *Introibo in sanctuarium tuum, Deus, et videbo in eo finem malorum.* Scilicet meditabor et intelligam in mente mea, finem maledictorum interitum esse. *Secundum dolum eorum retribues iis; dejicies eos, quando elevabuntur. Subito*

ܗܘܘ ܠܥܠܡܐ ܡܢ ܫܠܡܐ. ܒܙܟܝܐ ܕܢܨܚܘܬܐ.
ܕܦܘܠܚܗ ܘܒܝܬ ܠܢܓܡܬܐ. ܕܦܓܪܐ ܡܢܗܘܢ ܐܝܟ ܚܠܡܐ.
ܫܥܗ ܚܕܐ ܘܥܒܪܘ ܡܢ ܕܠܚܘܣܝܐ. ܐܝܟ ܕܡܚܙܐ ܕܚܙܐ 250
ܚܠܡܐ.
ܕܐܝܟ ܚܠܡܐ ܥܒܪܘ ܠܢܓܡܬܐ. ܘܐܝܟ ܛܠܐ ܕܫܡܫܐ ܦܪܚܘ.
ܦܠܚܘ ܠܥܠܡܗܘܢ ܘܐܫܬܒܩܘ. ܕܐܝܟ ܚܠܡܐ ܗܘܐ ܐܢܫ
ܣܒܥܐ.
ܘܦܘܪܫܢܐ ܩܘܡܬܐ ܙܦܪܐ. ܐܠܝܟ ܐܢܘܢ ܠܡ̈ܢܫܐ.
ܐܦ ܠܗ ܠܥܠܡܐ ܡܢܚܫ ܬܘܒ. ܕܥܠܡܐ ܕܠܥܠܡ ܙܪܥܗ.
ܕܙܦܪܗ ܕܡܚܝܢܐ ܡܢܝ. ܐܝܟ ܕܠܚܠܡܐ ܡܢܦܩ ܠܗ. 260
ܡܢܐ ܒܚܙܝܬܐ ܒܒܥܠܐ. ܕܠܥܠܡܗܘܢ ܬܘܒ ܒܥܠܬܐ.
ܕܒܡܦܝܠܘ ܦܠܚܐ ܫܦܘܪܐ. ܠܗܘ ܕܠܥܠܡܐ ܕܬܗܠܝܢ
ܐܦ̈ܝܢ.
ܗܕܐ ܗܝ ܡܬܡܬܠܐ ܕܥܠܡܐ. ܕܡܬܡܠܝܬܐ ܡܢ ܠܥܠܡ.
ܡܬܡܬܐ ܒܥܠܬܐ ܓܫܐ. ܘܢܦܠܬ ܗܕܐ ܠܡܬܡܬܐ.
ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܒܬܪ ܬܘܒܐ. ܘܐܝܬ ܐܬܬ ܒܥܠܡܐ. 270
ܘܡܕܡܝܐ ܠܦ̈ܠܚܐ ܡܢ ܠܡܢܐ. ܕܠܡܐ ܕܝܢ ܠܡܟܬܒ.
ܡܬܚܝ ܒܡܠܬܗ ܡܢ ܬܡܢ. ܒܬܪܐ ܘܐܝܬ ܦܬܓܡܗ.
ܘܦܪܝܫܐ ܫܒܝܠ ܡܢ ܐܪܥܐ. ܕܬܬܢܝܢ ܠܟ ܒܢܝܢܐ.
ܟܕ ܐܪܥܐ ܐܝܟ ܕܒܥܘܬܐ. ܡܢܐ ܗܘܬ ܒܡܚܘܬܐ.
ܬܡܢ ܐܬܝܪܘ ܦܘܩܕܢܗ. ܘܐܬܦܠܝܘ ܠܗ ܫ̈ܘܡܐ. 280

